EXERCITATIO IVRIS PVBLICI
DE
CENTENA SVBLIMI
SPECIATIM IN LANDGRAVIATV HASSO DARMSTADINO EIVSQVE VICINIA

PRAESIDE

D. GEORGIO LVDOVICO BOEHMERO

POTENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS A CONSILIIS ET ANTECESSORE IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DISPUTATA AB AUCTORE

CONRADO FRIDERICO HESSE

HASSO DARMSTADINO

GOTTINGAE
EX OFFICINA SCHMIDIANA.
CIƆ IƆCCXXXXVI.

A SON ALTESSE SERENISSIME

MONSEIGNEUR

L O U I S,

LANDGRAVE RÉGNANT DE HESSE,

PRINCE DE HERSFELD, COMTE DE CAZENELNBOGEN, DIEZ, ZIEGENHAIN, NIDDE, SCHAUMBOURG, YSENBOURG ET BUDINGEN &c.

FELD-MARÉCHAL DES ARMÉES DE LEURS MAIESTÉS IMPERIALES ET ROIALE, LA REINE D'HONGRIE ET DE BOHEME, ET COLONEL D'UN REGIMENT DE DRAGONS &c.

MON TRÈS GRACIEUX SEIGNEUR ET SOUVERAIN.

MONSEIGNEUR

C'eſt en fidèle Sujet et avec un Cœur rempli de Soûmiſſion et de Reſpect que j'oſe offrir à VÔTRE ALTESSE SERENISSIME les Premices de mes Etudes academiques. La Protection dont VÔTRE ALTESSE, à l'Imitation de SES Sereniſſimes Ancêtres, honore les Muſes; la Renommée de SES hautes Vertus, SON Goût exquis pour les Sciences et les beaux Arts; SON Amour invariable pour la Juſtice, Qualités eclatantes, qui LUI attirent et augmentent de jour en jour l'Admiration de tout le monde, flattent agréablement mon Imagination et me perſuadent, qu'ELLE n'aura point de Repugnance de voir SON Au-

guſte

guſte Nom à la Tête de cette Brochure. La Grace dont VÔTRE ALTESSE SERENISSIME *a comblé un Pere ſeptuagenaire, qui par les Services qu'il a rendu à* SON *Auguſte Maiſon pendant cinquante trois Années, a l'Honneur d'être le plus ancien de* SES *Serviteurs, et la gracieuſe Protection, qu'* ELLE *a accordé à toute ſa Famille, me font eſpérer, qu'* ELLE *daignera accorder un ſeul de* SES *Regards favorables au Theme que j'ai choiſi, étant parfaitement perſuadé, que ce Tribut et cet Hommage de mon reſpectueux Devoüement n'apartient qu' à* VOUS, MONSEIGNEUR. *Les Debats et les Differends ſur la Matière des Centenes, trop connus à* VOTRE ALTESSE SERENISSIME, *pour que je les expoſe à* SES *Yeux, s'élevent principalement ſur ce que des mal-informés ont oſé ſoûtenir l'Opinion, que la Centene n'eſt qu'une pure Jurisdiction inferieure, limitée et criminelle, deſtituée de tous autres Droits Roïaux, determinée ailleurs par la Superiorité territoriale. Le contraire,* MONSEIGNEUR, *ſe verifiant généralement dans tout le Païs de Heſſe de la Domination et Dependance de* VÔTRE ALTESSE SERENISSIME, *auſſi bien que dans le Voiſinage du Palatinat par les Droits ſuperieurs et Roïaux attachés à la Centene Sublime, il eſt evident, que Celui à qui les articles centeniques attribüent toute Superiorité illimitée, ſoit immancablement le Seigneur ſuprême du Territoire. Comme c'eſt le Devoir d'un fidèle et ſoûmis Sujet que de defendre les Droits de ſon Souverain, j'ai pris le Parti fort honorable pour moi de faire une Diſcuſſion academique du Theme en queſtion. La Protection que* VÔTRE ALTESSE SERENISSIME *lui voudra bien accorder, la rendra reſpectable à tout le Monde ſavant, elle ſera par là à l'abri de toute Inſulte et Critique. Recevés donc,* MONSEIGNEUR, *cet Hommage de mon Devouëment à* VÔTRE *Servi-*

ce,

ce, et faites lui la Grace de l'honorer de VOTRE *Protection.* *Je ne ceſſe-rai jamais de faire des Voeux pour la Proſperité de* VOTRE ALTESSE SERENISSIME, *et de prier Dieu, qu'il continüe toûjours à* LA *combler de ſes plus precieuſes Benedictions. Ce ſont les Sentiments, ce ſont les Souhaits les plus ardens de celui, qui eſt avec un Devoüement le plus zelé et avec la Soûmiſſion la plus parfaite*

MONSEIGNEUR
DE VOTRE ALTESSE SERÉNISSIME

*à Goettingen
ce 15. de Septembre
1746.*

Le trèshumble, très obéiſſant, et très fidéle Serviteur et Sujet

CONRAD FREDERIC HESSE.

EXERCITATIO IVRIS PVBLICI
DE
CENTENA SVBLIMI

§. I.

DE CENTENIS COMITIBVS AEVO TACITI.

Germanorum libertati illud vel maxime tribuendum eſſe videtur, quod non ſuperiorum iuſſu et imperio iudicari voluerint, ſed iudicum æqualium, et ex plebe aſcitorum, eorumque, qui iudicandi peritiam multorum annorum diuerſorumque temporum obſeruationibus ipſa experientia adquiſiuerant, iudicium expetierint in cauſſarum deciſionibus. Auctor eſt TACITVS in eleganti de *Moribus Germanorum* libello, cap. XII. qui, *Eliguntur*, inquit, *in iisdem Conciliis principes, qui iura per pagos vicosque reddunt. Centeni ſingulis* ſcilicet *principibus, ex plebe comites, conſilium ſimul et auctoritas adſint.* Principum, in comitiis electorum, iudicandi poteſtatem, prout *libertas Germanorum* exigere videbatur, ita temperatam videmus, vt non male iudicium illud principum comitumque iudicium Parium appellare liceat, quaſi non tam principis, quam tot æqualium parisque ſortis et conditionis ciuium,

 iudicio

iudicio iudicari videretur Germanus. (a) Comites vocat Tacitus, appellatione ex Latio rebus Germanorum adaptata; ſiquidem comites Romanis moribus appellatos eſſe ſcimus, qui in ſuperioris magiſtratus comitatu erant, eidem officii cauſſa inſeruientes, in obeundo munere adminiſtri et adiutores, conſilii et rerum gerendarum participes. (b) Centenos electos Comites eſſe, refert TACITVS: (c) idem enim numerus placuerat Germanis in ſimili inſtituto, quo pedites ex omni iuuentute delecti, et ante aciem poſiti, numero centenario definiebantur. *Definitur*, inquit, *et numerus: Centeni ex ſingulis pagis ſunt: idque ipſum inter*

(a) Illud iam obſeruauit HENRICVS SPELMANNVS in Gloſſario archaiologico voce pares, pag. 448. centenos ex plebe aſſumtos Comites eosdem fuiſſe, quos pares eiusdem iudicii vel curiæ dictos eſſe ſequiori ætate deprehendimus. Pares autem in genere ſocios et æquales fuiſſe, oſtendit HIERON. BIGNONIVS in not. ad formul. Marculphi apud BALVZ. tom. II. Capitul. pag. 918.

(b) Comitum rationem apud Romanos docte explicuit FRIDER. BRVMMERVS de ſcabinis cap. II. §. 10.

(c) Mirum iam diu in modum eruditorum exercuerunt haec verba induſtriam, diuerſique tam critici quam Doctores circa ipſorum diſcuſſionem in diverſa abire. Fruſtra interpretes ancipites tenuit ingens ille comitum numerus, velut iuſtitiae iudiciorumque adminiſtrationi ob varia innumeraque tum conuocationis tam immodici hominum numeri, ſuffragiorum collectionis, tot diuerſarum ſententiarum, quam alia huius generis impedimenta obſtans. Principio enim non vnius, ſed plurium ſuffragio iudicari, magis ad palatum erat genti libertatis tenaciſſimae: deinde maior iudicantium turba non magis iuſtitiae iurisdictionisue exercendae impedimentum fuerat, ac ſi quis eo argumento cauſſas in integris comitiis actas eſſe negauerit: vt adeo praeter rem lectioni, omnium Codicum auctoritate probatae, manum criticam emendando vel potius corrumpendo adhibuerint KIRCHMEIERVS in not. ad Tacit. loc. cit. et FRIDER. BRVMMERVS de ſcabinis c. II. §. 3. qui centeni mutant in certi, et HERM. CONRINGIVS de iudic. reipubl. German. §. 12. qui legit ſepteni, quorum ſententias ſub incudem vocarunt HERM. ADOLPHVS MEINDERS de iudiciis Centenariis, cap. III. §. 3. ſq. et IO. PAVLL. KRESSIVS in diſſ. de variis iurisdictionis criminalis in Germania generibus. cap. II. §. 7.

ter ſuos vocantur: et quod primo numerus fuit, iam nomen et honor eſt. (d) Idem de Centenis Comitibus iure affirmatur, *nomen* et *honorem* factum eſſe, quod olim *numerus* erat: vt deinceps non numeri ratio et nominis *origo*, ſed officium attenderetur. Moris vetuſti reliquias ſeruarunt Germanicæ originis gentes, Anglo Saxones, apud quos pars comitatus, centum continens villas, *Hundredum* vel *Cantred*, *Cantredum*, (e) et qui per Hundredum in ſingulis villis ius dicebant, *Hundredi* vel *Hundredarii*, deinde et ipſum iudicium, in eiusmodi comitatus parte inſtituendum, *Hundredum*, cui omnes Hundredarios intereſſe oportebat, appellabantur. (f) Ceterum centenorum Comitum apud priſcos Germanos hæc ratio fuit, quod non tam ipſi iudicarent, quam principibus, iura per pagos vicosque reddentibus, conſilium adeſſent, eisdem in cauſſis decidendis adlecti adminiſtri, adiutores et rerum agendarum participes, vt, dum eorum conſilio omnia agerentur, principum iudicatis inde auctoritas accederet.

§. II.

QVI FVERINT CENTENARII SVB FRANCIS, ET VNDE NOMEN CENTENAE.

Quod olim numerus fuit, tempore Francorum nomen et honos factum eſt, apud quos Centenarii erant Vicarii Comitum, parti comitatus iuris dicendi cauſſa in cauſſis determinatis præfecti. Comitatus apud Francos et Germanos in pagos, quos Centenas vocarunt, diuiſos

 fuiſſe

(d) TACITVS de Mor. Germanor. cap. VI.

(e) HENRICVS SPELMANNVS l. c. voce Cantredus pag. 115. et WHITE KENNETT parochial Antiquities attempted in the hiſtory of Ambrosden and Burceſter, in gloſſ. adiecto, voce Cantredum, vbi refert teſtimonium IO. BROMTONIS: Cantredus continet centum villas, Cand autem Anglis eſt centum, et tre vel tred villa.

(f) Teſtimonia larga manu adfert HENRICVS SPELMANNVS loc. cit. pag. 300.

fuiſſe, multa loquuntur teſtimonia. In CHLOTARII II. conſtitutione anni IϽXCV. *decretum* eſt -- *centenas fieri.* (a) In CHILDEBERTI conſtitutione circa eundem annum lata (b) perſecutionis facinoroſorum *de vna centena in aliam centenam* mentio fit. Centena tamquam pars comitatus refertur in *Libro IV.* CAPITVLAR. cap. XXIII. (c) *Si tamen contentio in confinio duorum comitatuum fuerit, liceat eis de vicina Centena adiacentis comitatus ad cauſſam teſtes habere.* Idem intelligitur ex *Capitulari* LVDOVICI PII anni IϽCCCXXIX. cap. VII. (d) *Iubemus, vt Miſſi noſtri diligenter inquirant, quanti liberi homines in ſingulis comitatibus maneant. Hinc vero ea diligentia et hæc ratio examinetur per ſingulas Centenas, vt veraciter ſciant et deſcribant illos, qui in exercitatam ire poſſunt expeditionem.* Comitibus ſuberant (e), eoque nomine *Comitum Centenarii* (f) eorumque *Vicarii* (g) appellantur. Iuriſdictionem per ſuum quisque pagum ſeu Centenam explicabat. Vnde WALAFRIDVS STRABO (h) *Centenarios* vocat *Centenariones, vel vicarios, qui per pagos ſtatuti ſunt.* Centum familiis eos praefuiſſe, ceu cum multis cenſuit ANTON. MVRATORIVS, (i) teſtimo-

(a) apud STEPH. BALVZIVM Tom. I. Capitular. pag. 19.
(b) Ibidem cap. XII. pag. 19.
(c) Ibid. tom. I. pag. 780.
(d) Ibid. tom. I. pag. 672.
(e) LEX LONGOB. Lib. II. tit. LIV. §. 22. „Volumus, vt comites noſtri licentiam habeant inquiſitionem facere de vicariis et centenariis.
(f) vid. Capitulare III. CAROLI M. anni IϽCCCXI. cap. II. ibid. pag. 486.
(g) Ita vocantur in legibus CAROLI MAGNI cap. XXII. apud Dn. GEORGISCH in Corpore iuris Germanici antiqui pag. 1139. ibi: De aduocatis et Vicedominis, Vicariis et Centenariis: vti et pag. 1172. -- "Peruenit " ad aures clementiae noſtrae, quod aliqui duces et eorum iuniores " Gaſtaldii, Vicarii et Centenarii " conf. HINCMARVS epiſt. IV. cap. 15. et Capitularia BALVZII pag. 796 "vt ante Vicarium et Centenarium de proprietate aut libertate iudicium non terminetur.
(h) in libro de reb. eccleſiaſt. cap. XXXI.
(i) ad leges Longob. in ſcript. rer. Ital. tom. II. pag. 60.

teſtimoniorum fide aſſeri nequit. Quamquam vero nec in ſingulis *comitatibus* centum pagos fuiſſe probari queat, nec centum Hundredas in *ſingulis* Comitatibus apud Anglo Saxones fuiſſe, ſed nonnullos eosque magnos Comitatus XXX. vel XXXX. numerare villas, obſeruet HENR. SPELMANNVS, *(k)* priſtinum tamen inſtitutum, cuius *Tacitus* meminit, rationem in ſe continere ſeruatæ appellationis videtur vt in indeterminato pagorum, quibus ſinguli iudices comitis in iure dicundo adminiſtri præerant, numero placuerit vetuſtum Centenarum nomen: *(l)* quemadmodum idem moris fuit in Decani appellatione,

(k) in Gloſſario voce Hundredus pag. 302.

(l) Circa deriuationem vocis Centenae non minus inter ſe diſcrepant DD. Sane numeri ratio, quem in adoptandis in principum conſilium comitibus ſeruatum Germanis fuiſſe, TACITVS refert, appellationi centenae et centenarii locum feciſſe videtur, ſiquidem idem deſignans vocabulum Anglo-Saxonicum Hundredi, et Britannicum Candredi, et quod in legibus Vplandicis occurrit, Hundari vel Hundaris, Centenarius, Hundaris Ting, centenarium iudicium, euincit, de quo vid. IO. LOCCENIVS in Lexico iuris Sueo Gothici pag. 79. in antiquitat. Sueo Gothicis Lib. II. cap. III. et in iure Sueonum et Gothorum Lib. I. c. II. pag. 30. Vnde vix eſt, vt a vocabulo, Sanna, Zanna, Zaun, i. e. coadunatio plurium locorum ad vnum iudicium terrae pertinentium, deriuetur, cum nullibi Sannena vel Zantena appelletur. conf. IO. GEORG. WACHTER in Gloſſar. Teuton. voce Cent, et ill. ESTOR in kleinen Schriften Vol. III. pag. 391. A iudicio centumuirali, ſplendido atque illuſtri per plura ſecula apud Romanos, fruſtra repetitur centenæ origo. Recte negat SIBRANDVS TETARDVS SICCAMA de iudiciis Centumviral. lib. II. cap. VII. intercedere cognationem inter hoc et centenam noſtram, cum noxarum capitalium pœnæ ad illud non pertinerent, ſed cauſſæ ciuiles in iis deciderentur. Si quæ vero supereſt ſimilitudo, admodum tamen lubricum eſt a ſimilitudine inſtitutorum diuerſorum apud diuerſas gentes ad origines alterutrius deductum argumentum. SCHILTERVS in theſaur. antiquit. Teuton. tom. III. pag. 159. Zentas Tethinge ſeu decanias recte quidem diſtinguit a Centenis, Zentam a vernacula voce Zehen deriuans, Centenae vero originem linguæ latinæ tribuens, quamquam rem ipſam ad ius antiquiſſimorum illorum Celtarum referat. Quod vero appellationem

ſeruata deinceps, quamuis pluribus vel minoribus decem praeeſſet. (m) Iurisdictionem in ſingulis Centenis Centenarii exercebant in mallo; ſiquidem *malli*, a *Centenario indicti*, et *Malli ante Centenarium* mentio iniicitur in lege Salica. (n) Totius Comitatus vocatur *commune placitum*, diſtinctum a *Centenariorum placito*. (o) Ceterum omnis controuerſia in Centena inter pagenſes *coram Centenario definiri poterat*, *excepta redhibitione terræ et mancipiorum*, *quæ non poterat definiri niſi coram comite*, (p) exceptisque cauſſis libertatis amittendæ, cauſſisque criminalibus mortis ſupplicio vindicandis. (q) Inſignis ergo Comitum et Centenariorum apud Francos fuit differentia, ſiquidem illis, cum toti comi-

der Centgraffen, et Centgraffſchafften a Zenta deriuet, in eo Zentæ, ſeu decimæ partis Centenæ, iudicem cum centenario comite, ſeu Centumgrauio, et decanias cum Comitatibus centum ſeu Centgraffſchafften miſcet, præſertim cum quæ apud Longobardos II. F. 81. et apud Anglos occurrit in decanias diuiſio, rarioris apud Germanos exempli ſit. Tandem ſententia LINCKII in diſſ. de centena cap. I. §. 12. qui centenam vocem primitiuam Germanicam, ex eaque multa compoſita Germanis adhuc vſitata vocabula des Centherrn, Centhfall, Centh Verwandte, Centhfolge, Centhbar, orta eſſe exiſtimat, petit principium. Latini idiomatis vocabulum vero, ciuitate Germanica ſemel donatum, locum fecit pluribus vocibus compoſitis.

(m) vid. SAGITTARII Antiquit. Ducat. Thuring. Lib. IV. cap. V. §. 3. pag. 224. et IO. GOTTL. HEINECCIVS in Element. iur. German. Lib. III. §. XXXIIII.

(n) vid. LEX SALICA cap. 46. 48. & 67. apud BALVZIVM in Tom. I. Capitular. pag. 311. 313. 321.

(o) Capitulare LVDOVICI PII anni ıↄcccxix. cap. XIV. ibid. tom. I. pag. 616.

(p) Verba ſunt Capitularis CAROLI M. anni ıↄccci. cap. XXX. ibid. pag. 354. " conf. Capitulare anni ıↄcccx. cap. II. ibid. pag. 473. ibi: " vt ante vicarium et centenarium de proprietate aut libertate iudicium non terminetur, aut acquiratur niſi ſemper in praeſentia Miſſorum imperalium aut in praeſentia Comitum.

(q) vid. Capitulare Caroli M. anni ıↄcccxii. cap. IV. ibid. tom. I. pag. 497. "vt nullus homo in placito centenarii neque ad mortem neque ad libertatem ſuam amittendam aut ad res reddendas, vel mancipia iudicetur, ſed iſta aut in praeſentia comitis, vel Miſſorum noſtrorum iudicentur.

comitatui praeeſſent, *cum maior auctoritas tum maior iuriſdictio per totam ditionem et in cauſſis ſpeciatim reſeruatis competiit.* (r)

§. III.

ADVOCATI ET THVVPHADI SIMILI QVO CENTENARII OFFICIO FVNCTI.

A Centenariis officio vix differunt, qui Francis *Aduocati* dicuntur, appellatione Germanica des *Vogts* in latinam mutata: quibus non minus in certa comitatus parte ſeu in pago quodam iuriſdictio minor com-

(r) Comitum adminiſtrationi toti Comitatus cum pleniſſima iuſtitiae adminiſtratione committebantur. vid. Capitulare CAROLI M. apud BALVZIVM tom. I. pag. 353. Cauſſae grauiores ab ipſis comitibus decidendae erant ſecundum Capitulare CAROLI M. anni ꟾↄcccxii. cap. IV. apud eund. tom. I. pag. 497. Immo, exceptis potentioribus, omnes, in Comitis diſtrictu commorantes, ipſius iuriſdictioni ſubiecti fuerunt. Vid. Capitulare CAROLI M. apud eund. tom. II. pag. 99. nec non formula pro Trutmanno Comite apud eund. tom. I. pag. 250. Maiora ab ipſis iudicabantur crimina. Idem loc. cit. pag. 769. 497. et 550. Explicandae iuriſdictionis cauſſa conuentus generales ſeu placita per comitatum inſtituebant, quorum cum ſaepius mentio in capitularibus ſit, tum eius exemplum occurrit apud PISTOR. ſcriptor. rer. germanic. pag. 544. " Anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti ꟾↄcccxxv. ibi -- factus eſt publicus conuentus Popponis Comitis, et totius eius Comitatus -- factaque eſt exquiſitio magna in eodem conuentu de terminis monaſterii " -- Cum a ſolis Imperatoribus conſtituerentur non minus ac iudicarentur, eisdem hoc aeuo immediate ſuberant, ideo inter proceres et optimates relati, iure ſuffragiorum in publicis regni conuentibus fruentes, ceu ex HINCMARO aliisque iam demonſtrauit Auctor des Berichts vom Adel in Teutſchland pag. 104. conf. Annales Fuldenſes ad Annum ꟾↄcccclxxiii. apud FREHER. ſcriptor. rer. German. tom. I. pag. 44. Notatu dignus eſt locus apud BALVZIVM. tom. I. pag. 653. vbi Imperator Ludouicus eos ita alloquitur: " Proinde monemus veſtram fidelitatem, vt memores ſitis fidei nobis promiſſae, et in parte " Miniſterii noſtri, Vobis commiſſi in pace ſcilicet et iuſtitia facienda " Voſmetipſos coram Deo et coram hominibus tales exhibeatis, vt et " noſtri veri adiutores, et populi conſeruatores iuſte dici et vocari poſſitis. " Tandem a Comitibus ad Imperatores appellatio interponebatur, ceu patet ex Ludouici Pii Capitulari II. anni ꟾↄcccxviii. cap. V. nec non ex Capitul. anni ꟾↄcccxii. cap. II. conſ. Domini Praeſidis diſſ. de prouocat. iur. Germ. cap. I. §. VII. pag. 34. et ſeqq.

competebat. Pagus, in quo iuſtitiam faciebat, *aduocatio* appellabatur, id quod euincit *Edictum Caroli Calui*, in quo referuntur coloni et ſervi de ſua aduocatione. (a) In Capitulari CAROLI MAGNI anni IƆCCCV. iunguntur *Aduocati*, *Vicedomini*, *Vicarii*, *Centenarii*, iisque, *vt cauſſas iuſte diſcernant et terminent*, imperatur, et *iudices Comitum* vocantur. (b) Illud ſane conſtat, eosdem fuiſſe iudices minores, comiti æque, ac centenarios, ſubiectos. Similes his quodammodo *Thyuphadi* apud Wiſigothos, a vetuſta voce *Thiod Thiud*, populus, plebs, (c) et *fads* vel *faths*, Vogt, (d) ita dicti, veluti aduocati, genti alicui vel tribui præfecti. Illud tamen ſingulare apud Wiſigothos, quod comitatus in *Thyuphadias*, Thyuphadiæ in *centenas*, centenæ in *decanias* ſint diſtributæ, (e) ideoque Centenarii thyuphadis, hi vero Comitibus ſubfuerint. (f)

§. IV.

(a) vid. Edictum CAROLI CALVI in Cariſiaco anni DCCCLXI. apud. BALVZIVM tom. II. pag. 151. ibi: vnusquisque aduocatus pro omnibus de ſua aduocatione. Frequentius tamen apud Francos occurrunt eccleſiarum aduocati ſeu defenſores, de quibus docte egit V. A. CHRIST. VLR. GRVPEN in Orig. et Antiquit. Hanouerenſ. p. 203. et ſeq. Quando itaque vetuit Ludouicus Pius, ne Epiſcopus aut abbas aut abbatiſſa Centenarium comitis aduocatum haberet, huius generis aduocati ſeu eccleſiarum defenſores intelliguntur; ne videlicet ſuſpecta fierent iudicia, in quibus de eccleſiarum et monachorum cauſſis ſaepe cognoſcebatur. vid. IOACH. VADIANVS de collegiis monaſteriisque veteris Germaniae apud GOLDASTVM tom. I. rer. Alem. p. 16.

(b) Apud BALVZ. tom. I. pag. 426. et in Capitulari III. CAROLI M. eiusdem anni cap. XIV. ibid. pag. 432.

(c) IO. LOCCENIVS in Lexico iuris Sueo Gothici voce Thidh, Thiod, Thiud, pag. 151.

(d) IO. GOTTL. HEINECCIVS in Elem. iur. Germ. Lib. III. §. 11.

(e) LEX WISIGOTHORVM Lib. IX. tit. II. cap. I. „Si quis de thyuphadia ſua fuerit beneficio corruptus, quod acceperat in nouemcuplum, reddat comiti ciuitatis, in cuius eſt territorio conſtitutus.

(f) LEX WISIGOTHORVM loc. cit. tit. II. cap. III. „Thyuphadus vero quærat per Centenarios ſuos, et Centenarii per decanos.„ Vnde fallit auctor der gründlichen Nachricht von Vogtheien und Landgerichten

§. IV.

CENTENARVM RATIO IN MEDIO AEVO.

Stemmate Carolingico extincto, non exoleuit Comitatuum in Centenas diuiſio. Germaniæ prouinciæ, ſiue Ducibus parerent, ſiue Imperatori immediate ſubeſſent, in pagos, quibus comites præerant, diuiſæ erant, pagorum portionibus vel *centenæ* vel *aduocatiæ* nomine in ſimilitudinem præfecturarum ſeu ambactiarum inſignitis. *Pagorum* nomine in genere veniebant determinati regionis tractus, Germanis in lingua ſua *Gaw* vel *Iew* dicti; quorum alii *maiores*, alii *minores* fuerant, pro maiori vel minori diſtrictus amplitudine, vt adeo pagus maior plures minores complecteretur. (a) *Minoribus* veluti propria reddita eſt pagorum in ſenſu ſpeciali appellatio, quibus cum comites præeſſent, *Comitatus* appellantur. Vnius ergo pagi maioris plures erant comitatus, comitatus plures villæ, vici, pagelli. (b) Villarum complexus, vnius centenarii iuriſdictioni ſubiectus,

gerichten §. III. not. 9. p. 10. qui Centenarios Wiſigothis ignorari, et ſub Thyuphadorum appellatione venire cenſet. Centenæ et Centenarii mentio ſit in cit. Lege loc. cit. cap. III. Si quis Centenarius dimittens Centenam - - et ab eo diſcernitur ibidem Thyuphadus in verbis: „ Si centenarius ſine conſcientia aut voluntate præpoſiti aut „ thyuphadi ſui de centena ſua ab aliquo pro beneficio perſuaſus.

(a) conf. Reuer. præſul Gottwicenſis in elaboratiſſima tractatione de pagis Germaniae mediæ in prodomo Chron. Gottwicenſ. Lib. IV. pag. 530.

(b) ſic in ducatu Saxoniæ in Oſtfalia pagus maior erat LOCHNE ſeu LAINGA inter fluuium Leinam et Viſurgim verſus ciuitatem Gottingam, comprehendens pagum minorem GVTTINGON aliosque comitatus, in iisque varias villas, v. c. Ethelleceshuſon, (hodie Ellegehuſen prope Gottingam) in pago Lochne atque comitatu Hermanni Comitis apud LEVCKFELD antiquitat. Gandersheim. pag. 110. Winethe, (hodie Wehnde, in pago Lacne in Comitatu Henrici Comitis apud LINDENBROG. ſcript. rer. ſeptentr. pag. 142. aliasque villas, quarum indicem dat Chronicon Gottwicenſe Lib. IV. p. 652.

competebat. Pagus, in quo iuſtitiam faciebat, *aduocatio* appellabatur, id quod euincit *Edictum Caroli Calui*, in quo referuntur coloni et ſervi de ſua aduocatione. (a) In Capitulari CAROLI MAGNI anni ıↃCCCV. iunguntur *Aduocati*, *Vicedomini*, *Vicarii*, *Centenarii*, iisque, *vt cauſſas iuſte diſcernant et terminent*, imperatur, et *iudices Comitum* vocantur. (b) Illud ſane conſtat, eosdem fuiſſe iudices minores, comiti aeque, ac centenarios, ſubiectos. Similes his quodammodo *Thyuphadi* apud Wiſigothos, a vetuſta voce *Thiod Thiud*, populus, plebs, (c) et *fads* vel *faths*, Vogt, (d) ita dicti, veluti aduocati, genti alicui vel tribui praefecti. Illud tamen ſingulare apud Wiſigothos, quod comitatus in *Thyuphadias*, Thyuphadiae in *centenas*, centenae in *decanias* ſint diſtributae, (e) ideoque Centenarii thyuphadis, hi vero Comitibus ſubfuerint. (f)

§. IV.

(a) vid. Edictum CAROLI CALVI in Cariſiaco anni DCCCLXI. apud. BALVZIVM tom. II. pag. 151. ibi: vnusquisque aduocatus pro omnibus de ſua aduocatione. Frequentius tamen apud Francos occurrunt eccleſiarum aduocati ſeu defenſores, de quibus docte egit V. A. CHRIST. VLR. GRVPEN in Orig. et Antiquit. Hanouerenſ. p. 203. et ſeq. Quando itaque vetuit Ludouicus Pius, ne Epiſcopus aut abbas aut abbatiſſa Centenarium comitis aduocatum haberet, huius generis aduocati ſeu eccleſiarum defenſores intelliguntur; ne videlicet ſuſpecta fierent iudicia, in quibus de eccleſiarum et monachorum cauſſis ſaepe cognoſcebatur. vid. IOACH. VADIANVS de collegiis monaſteriisque veteris Germaniae apud GOLDASTVM tom. I. rer. Alem. p. 16.

(b) Apud BALVZ. tom. I. pag. 426. et in Capitulari III. CAROLI M. eiusdem anni cap. XIV. ibid. pag. 432.

(c) IO. LOCCENIVS in Lexico iuris Sueo Gothici voce Thidh, Thiod, Thiud, pag. 151.

(d) IO. GOTTL. HEINECCIVS in Elem. iur. Germ. Lib. III. §. 11.

(e) LEX WISIGOTHORVM Lib. IX. tit. II. cap. I. „Si quis de thyu„phadia ſua fuerit beneficio corruptus, quod acceperat in nouem„cuplum, reddat comiti ciuitatis, in cuius eſt territorio conſtitutus.

(f) LEX WISIGOTHORVM loc. cit. tit. II. cap. III. „Thyuphadus vero „quaerat per Centenarios ſuos, et Centenarii per decanos.„ Vnde fallit auctor der gründlichen Nachricht von Vogtheien und Landgerichten

§. IV.

CENTENARVM RATIO IN MEDIO AEVO.

Stemmate Carolingico extincto, non exoleuit Comitatuum in Centenas diuiſio. Germaniæ prouinciæ, ſiue Ducibus parerent, ſiue Imperatori immediate ſubeſſent, in pagos, quibus comites præerant, diuiſæ erant, pagorum portionibus vel *centenæ* vel *aduocatiæ* nomine in ſimilitudinem præfecturarum ſeu ambactiarum inſignitis. *Pagorum* nomine in genere veniebant determinati regionis tractus, Germanis in lingua ſua *Gaw* vel *Iew* dicti; quorum alii *maiores*, alii *minores* fuerant, pro maiori vel minori diſtrictus amplitudine, vt adeo pagus maior plures minores complecteretur. (a) *Minoribus* veluti propria reddita eſt pagorum in ſenſu ſpeciali appellatio, quibus cum comites præeſſent, *Comitatus* appellantur. Vnius ergo pagi maioris plures erant comitatus, comitatus plures villæ, vici, pagelli. (b) Villarum complexus, vnius centenarii iurisdictioni ſubiectus,

gerichten §. III. not. 9. p. 10. qui Centenarios Wiſigothis ignorari, et ſub Thyuphadorum appellatione venire cenſet. Centenæ et Centenarii mentio fit in cit. Lege loc. cit. cap. III. Si quis Centenarius dimittens Centenam - - et ab eo diſcernitur ibidem Thyuphadus in verbis: „ Si centenarius ſine conſcientia aut voluntate præpoſiti aut „ thyuphadi ſui de centena ſua ab aliquo pro beneficio perſuaſus.

(a) conf. Reuer. præſul Gottwicenſis in elaboratiſſima tractatione de pagis Germaniae mediæ in prodomo Chron. Gottwicenſ. Lib. IV. pag. 530.

(b) ſic in ducatu Saxoniæ in Oſtfalia pagus maior erat LOCHNE ſeu LAINGA inter fluuium Leinam et Viſurgim verſus ciuitatem Gottingam, comprehendens pagum minorem GVTTINGON aliosque comitatus, in iisque varias villas, v. c. Ethelleceshuſon, (hodie Ellegehuſen prope Gottingam) in pago Lochne atque comitatu Hermanni Comitis apud LEVCKFELD antiquitat. Gandersheim. pag. 110. Winethe, (hodie Wehnde, in pago Lacne in Comitatu Henrici Comitis apud LINDENBROG. ſcript. rer. ſeptentr. pag. 142. aliasque villas, quarum indicem dat Chronicon Gottwicenſe Lib. IV. p. 652.

ctus, *Centenam* conſtituebat, eodem modo quo comitatus portio apud Anglos *Hundredam*. BEATVS RHENANVS, (c) ſtatum Alemanniæ deſcribens, *Regiones ipſæ*, inquit, *per Centenas diſtinctæ erant, vnde Centenarii nomen. Iis magiſtratus centenæ præſidebat, Comiti ſubiectus. Proxime Heidelbergam adhuc apparet centenæ veſtigium in aliquot pagis, et manſit vocabulum.* Intelligit potiſſimum Centenam *Stuberianam* et *Meckesheimenſem* in pago *Craigouia*, cuius metropolis fuerat Heidelberga. (d) De Buchonia vetere auctor eſt IOANNES FRIDERICVS SCHANNAT, (e) centenis, in quas diuiſi erant Buchoniæ pagi, præfuiſſe Centenarios ſeu Centuriones, velut comitum in minoribus diſtrictibus vicarios, iudicis officio functos in pagis ſibi aſſignatis. Reuerendus præſul Gottwicenſis (f) refert villam *Stoddenſtad*, hodie *Stockſtatt, ad fluuiolum Gernprintz et ad ſiniſtram Mœni in pago Bachgow ac centena Groſoſtheim.* Illud tamen ex veteribus inſtrumentis rerum geſtarum negotiorumque tam publicorum quam priuatorum obſeruare licet, veteres quoties loci alicuius *ſitum* exprimunt, *Centenæ* mentionem non niſi rarius iniicere, quamquam fere vsque ad ſeculum XIII. deſcribere ſollemne eſſet, in quo *Comitatu* vel ad quem *fluuium*

(c) BEATVS RHENANVS Seleſtadienſis rerum Germanicarum Libr. II. p. 263. MARQVARD. FREHERVS in Origin. Palat. cap. V. Alemanniae centenas iam refert LEX ALAMANNORVM antiqua tit. XXXVI. in GEORGISCHII Corp. iur. German. pag. 211. " Conuentus autem ſecundum conſuetudinem antiquam fiat in omni centena coram " Comite aut Miſſo et coram Centenario. Ipſum placitum fiat de ſab" bato in ſabbatum, aut quali die Comes aut Centenarius voluerit."

(d) vid. Centvertrag de a. CIↃICLX. inter Domum Electoralem Palatinam et Nobiles Craigouiæ, quem Commentario illuſtrauit FRANCISCVS ALEF in diſſ. ſubtit. Gemma iuris Palatini: etc.

(e) In Corpore tradit. Fuldenſium in append. de Buchonia vetere p. 326.

(f) in prodomo Chronici Gottwicenſ. Lib. IV. p. 687.

fluuium is ſitus eſſet, et comitatus ipſe, in quo *pago maiori:* verbi cauſſa villa *Dettingen -- in pago Meunegouwe in Comitatu Ebirhardi Comitis.* (ff) Rarioris centenarum mentionis ratio vel hæc fuiſſe videtur, quod plurium villarum complexus, qui centenam conſtituebat, rarius *propria* quadam appellatione diſtingueretur, (g) neque ea tunc temporis eſſet *Centumgrauii* dignatio, vt, prout in comitatibus vſus ferebat hos ex perſona comitis diſtingui, a *centenarii*, ceu minoris et comiti ſubiecti iudicis, perſona appellarentur. Neque illud quidem, niſi rariſſime, in priuatis chartis et traditionibus obſeruatur, vt nomen *Centenarii*, coram quo priuatum negotium geſtum, exprimatur, quamquam *Comitis*, coram quo traditio facta, *nomen* et *ſignum* occurrat ſæpiſſime. Inter chartas Alemannicas, quas edidit GOLDASTVS, eſt hæc traditionis ſubſcriptio: (h) *Regnante Domino Hludowico, rege in orientali Francia, anno decimo ſub Pabono comite et ſub Hunoldo centenario, indictione quinta.* Tandem vero ditionibus in territorium erectis, non improbabili ratione monuit ANDREAS KNICHEN, (i) centenas a loco, in quo exercentur, denominatas eſſe, veluti *Cent Coburg*, *Heldberg*, *Seslag*, *Ebern*, cetera.

§. V.

(ff) GE. CHRIST. JOANNIS in tabular. liter. veter. ſpicil. pag. 255.

(g) Non niſi quædam Galliae exempla exhibet CAROLVS du FRESNE in gloſſario tom. I. nouae edit. pag. 494. ex Chronico Fontanellenſi. cap. VII. "Villam --- ſitam in pago Oximenſi, in Centena Nouiacenſi, " et ibid. ex cap. VIII. de Villa Digmaniaco, quæ ſita eſt in pago Oiſſimenſi, in Centena Alancionenſi: nec non ex tabulario Abbatiæ Belli loci in Lemouicibus ibid. " Haec omnia facta ſunt in pago Lemouicino et Caturcino et Centenis Vertelenſe et Exidenſe. "

(h) GOLDASTVS rerum Alemann. Tom. I. P. I. n. LXX. pag. 48.

(i) de ſublimi territorii iure, cap. IV. n. 234. inter opera pag. 56.

§. V.

QVANDO CENTENAE TERRITORII DOMINIS SVBIECTI SINT.

Qui Centenæ præerant, quamquam Comitibus ſubeſſent, eosdem tamen ideo a Comitibus conſtitutos eſſe, conſequens non eſt: quin potius, æque ac Comites, Imperatorum Regumque Germaniæ auctoritate præficiebantur, niſi ius eosdem conſtituendi Germaniæ principes Imperatorum conceſſione et indulgentia impetraverant. Grafiorum exemplo id illuſtrare iuuabit, ceu iudicum certis villis præfectorum, Centumgrauiis ſimillimorum, quorum conſtitutionem ENGELBERTVS Epiſcopus Oſnabrugenſis demum anno CIƆCCCXXV. ex HENRICI Imperat. VII. priuilegio impetrauerat, huius tenoris. (a) *Dilectus princeps et conſanguineus noſter* ENGELBERTVS *Oſnabrugenſium electus, a noſtra poſtulauit excellentia, vt in quibusdam villis ſui Epiſcopatus, videlicet ciuitate Oſnabrugenſi, Iburg, Melle, Diſſem, Anckem, Brameſche, Damme, Widdenbrugge, iudicium, quod vulgo Gogerichte appellatur, ipſe ſuique ſucceſſores per Grafios proprios, per eos conſtitutos, libere exſequantur, quod liberiorem habeant ſuorum ſubditorum exceſſus et inſolentias corrigendi facultatem. Nos ergo cum ex ſuſcepta cura regiminis promotionibus eccleſiarum intendere teneamur, et eas ſui iuris conſeruatione clementer confouere, memorati principis noſtri E. petitioni pio concurrente aſſenſu, in prænominatis villis idem iudicium, quod Gogericht dicitur, ſibi et ſuis ſucceſſoribus de conſilio principum et fidelium noſtrorum exſequendi conceſſimus auctoritatem.* Poſtquam vero ſub Imperatoribus ex familia Hohenſtaufia duces principesque imperii, adquiſitis territoriis, et iure hereditario

(a) Diploma exhibet JO. PAVL. KRESS. in der Erleuterung des Archidiaconal Weſens. cap. IV. §. II. pag. 56.

rio in iisdem firmato, ad maiorem auctoritatem et potentiam euecti, et ipſi quoque comites eorumdem dominatui ſubiecti ſunt, (b) ius in centenas in territoriorum dominos tranſiit, iisque centenarii immediate ſubeſſe, ab iisque conſtitui cœperunt. Hæc iura agnouit firmauitque FRIDERICVS Imp. II. in Aurea Bulla, in gratiam libertatis principum S. R. I. anno CIↃCCXXXII. data, (c) ita ſanciens: *Vnusquisque Principum vtatur libertatibus, iurisdictionibus, Comitatibus, Centis ſeu liberis ſeu infeudatis ſecundum terræ ſuæ conſuetudinem approbatam. Item Centumgrauii recipiant terras a domino terre, vel ab eo qui per dominum terræ fuit infeudatus. Item locum Cente nemo mutabit ſine conſenſu domini terre. Item ad Centas nemo Synodalis vocetur.* In hoc Codicillo Imperiali tum iura *Principum Germaniæ* in centenas, tum ipſa *centenarum* ratio explicantur. Agnouerat eadem iura HENRICVS Romanorum Rex in *Receſſu Wormatienſi*, anno CIↃCCXXXI. ſcripto, qui integer lucem nondum vidit. (d) Epitome eius dedit HENRICVS BROVWERVS, (e) et *Centgrauiis*, inquit, *deinde multæ præſcriptæ leges;* quas tamen non recenſet.

 §. VI.

(b) conf. Vir Ampliſſ. Jo. AD. KOPP, de inſigni differentia inter S. R. I. Comites et nobiles immediatos, ſect. I. §. 19. pag. 117.

(c) Eamdem Jo. SCHILTERVS in Inſt. iur. publ. tom. II. p. 117. et deinde ex tabulario ſenatus Hallenſis ex autographo, aureo ſigillo munito, curatius ediderunt Jo. MICHAEL HEINECCIVS de veteribus Germanorum aliarumque nationum ſigillis, in addit. pag. 219. et Jo. PETRVS de LVDEWIG tom. VII. reliqu. medii æui pag. 515. et ſeq. Tandem idem diploma ex archiuo eccleſiæ cathedralis Wormatienſis deſcriptum dedit Jo. FRIDER. SCHANNAT in hiſtor. Epiſcopat. Wormatienſis Tom. II. N. CXXI. pag. 111.

(d) Huius Receſſus non niſi compendium inſertum eſt corpori Receſſuum Imperii cura Illuſt. SENCKENBERGII nouiſſime edito. P. I. p. 3.

(e) Antiquitatum Treuirenſium Lib. XV. ad annum CIↃCCXXXI. n. 150.

§. VI.

CENTENAE VEL ALLODIALES VEL INFEVDATAE. IVS DOMINI IN EAS.

Comitatibus *Centæ* ſeu *Centenæ* iunguntur in Aurea Bulla Fridericiana, in teſtimonium moris vetuſti, quo pagorum, comitibus ſubiectorum, portiones erant centenæ; hoc eſt, minores comitatuum tractus, iurisdictioni alterius demandati. Qui prout vel iure allodiali ſeu pleno et libero dominii iure ad Principes pertinuerant, vel in nexu fuerant clientelari Imperatoris, ita Centenæ vel *liberæ* et *allodiales* erant, vel *infeudatæ.* Vt centis ſiue liberis ſiue infeudatis vteretur quisque principum ſecundum terræ ſuæ conſuetudinem, voluit Imperator. Habes igitur Principes imperii *Dominos Centenæ*, vulgo *Centherrn*, quibus proprio iure competebant centenæ, ſiue allodiali ſiue clientelari. Cuius conſequens erat, vt ius conſtituendi, qui eisdem præeſſent, eſſet penes imperii principes. Et hoc agnouit FRIDERICVS II., et *vt Centumgrauii terras reciperent a domino terrae*, ſanxit. Domini terræ vel ipſi *immediate* centenis præficiebant Centenarios, vel easdem conferendi poteſtatem largiebantur Comitibus de centenis inueſtitis: per *infeudatos enim a domino terræ* Imperator potiſſimum Comites intelligit, quibus integer pagus ſeu comitatus vna cum centenis, huic annexis, in feudum erat datus.

§. VII.

DE CENTVMGRAVIIS ET NEXV SVBDITORVM ERGA CENTENAS.

Quibus in centenis iurisdictio demandata erat, *Centumgrauii* Imperatori in bulla excitata dicuntur, notiſſima, qua grauii appellatione

iudices continentur, ſignificatione. Tractus, in quo iurisdictionem explicabant, *terræ* vocantur. Loco *terras*, ceu ex autographo dedit LVDEWIGIVS, SCHILTERVS et SCHANNAT legunt *centas*, nec improbabili ratione, cum ſermo ſit de *centis* a domino terræ receptis, litteris forte c. t. et r. n. facile inuicem ex veteris ſcriptionis ratione commixtis, vel ſubſequentis eiusdem tenoris voce *terræ* ſcriptionis errori locum facientibus. Centenæ ſubiectis *locum centæ mutare* ſine domini conſenſu fas non erat. Et hoc loco improbat Imperator, qui in terræ dominorum ſæpenumero vergebat fraudem, eius æui morem, quo ſubditi, vt ſuperiorum iurisdictioni et oneribus ſe ſubducerent, alterius ciuitati ſe adſcribi patiebantur; de qua fraudulenta emigratione docte diſputauit IACOBVS WENCKERVS. (a) Accedebat et illud, quod eorum, qui in villis degebant, quam plurimi nexu arctiori ad operas ſeruitiaque præſtanda dominis iure proprietatis eſſent adſtricti. Prohibuit itaque Imperator, ne liceret centenæ ſubditis quibuscunque emigrare, vel in aliorum ſe dare protectionem, absque terræ domini auctoritate, in cuius centena ſubſiſtebant: ne dominus terræ iure ſuo vel ratione *perſonæ*, aſtrictiori nexu obligatæ, vel ratione *bonorum* extra centenam euehendorum defraudaretur.

§. VIII.

(a) In diſſ. de Pfalburgeris, quæ exſtat in eius collectaneis iuris publici §. XXIII. pag. 31. et ſeqq. Priſtinum morem illuſtrat diploma CAROLI IV. de anno CIƆCCCLVI. apud WENCKERVM l. cit. pag. 66. „Quia „nonulli ciues et ſubditi principum, baronum et aliorum hominum, „ſicut frequens ad nos querela perluxit, iugum originariæ ſubiectionis quærentes abiicere, ymo auſu temerario contemnentur in aliarum „ciuitatum ciues recipi ſe procurant, et frequentius in præterito „procurarunt, et nihilominus in priorum dominorum, quos tali fraude præſumſerunt, vel præſumunt deſerere, terris, ciuitatibus, oppidis „et villis corporaliter reſidentes, ciuitatum, ad quas hoc modo ſe „transferunt, libertatibus gaudere, et ab eis defenſari contendunt, etc.

§. VI.

CENTENAE VEL ALLODIALES VEL INFEVDATAE. IVS DOMINI IN EAS.

Comitatibus *Centæ* ſeu *Centenæ* iunguntur in Aurea Bulla Fridericiana, in teſtimonium moris vetuſti, quo pagorum, comitibus ſubiectorum, portiones erant centenæ; hoc eſt, minores comitatuum tractus, iurisdictioni alterius demandati. Qui prout vel iure allodiali ſeu pleno et libero dominii iure ad Principes pertinuerant, vel in nexu fuerant clientelari Imperatoris, ita Centenæ vel *liberæ* et *allodiales* erant, vel *infeudatæ.* Vt centis ſiue liberis ſiue infeudatis vteretur quisque principum ſecundum terræ ſuæ conſuetudinem, voluit Imperator. Habes igitur Principes imperii *Dominos Centenæ*, vulgo *Centherrn*, quibus proprio iure competebant centenæ, ſiue allodiali ſiue clientelari. Cuius conſequens erat, vt ius conſtituendi, qui eisdem præeſſent, eſſet penes imperii principes. Et hoc agnouit FRIDERICVS II., et *vt Centumgrauii terras reciperent a domino terrae*, ſanxit. Domini terræ vel ipſi *immediate* centenis præficiebant Centenarios, vel easdem conferendi poteſtatem largiebantur Comitibus de centenis inueſtitis: per *infeudatos enim a domino terræ* Imperator potiſſimum Comites intelligit, quibus integer pagus ſeu comitatus vna cum centenis, huic annexis, in feudum erat datus.

§. VII.

DE CENTVMGRAVIIS ET NEXV SVBDITORVM ERGA CENTENAS.

Quibus in centenis iurisdictio demandata erat, *Centumgrauii* Imperatori in bulla excitata dicuntur, notiſſima, qua grauii appellatione

indices

iudices continentur, ſignificatione. Tractus, in quo iurisdictionem explicabant, *terrae* vocantur. Loco *terras*, ceu ex autographo dedit LVDEWIGIVS, SCHILTERVS et SCHANNAT legunt *centas*, nec improbabili ratione, cum ſermo ſit de *centis* a domino terræ receptis, litteris forte c. t. et r. n. facile inuicem ex veteris ſcriptionis ratione commixtis, vel ſubſequentis eiusdem tenoris voce *terrae* ſcriptionis errori locum facientibus. Centenæ ſubiectis *locum centae mutare* ſine domini conſenſu fas non erat. Et hoc loco improbat Imperator, qui in terræ dominorum ſæpenumero vergebat fraudem, eius æui morem, quo ſubditi, vt ſuperiorum iurisdictioni et oneribus ſe ſubducerent, alterius ciuitati ſe adſcribi patiebantur; de qua fraudulenta emigratione docte diſputauit IACOBVS WENCKERVS. (a) Accedebat et illud, quod eorum, qui in villis degebant, quam plurimi nexu arctiori ad operas ſeruitiaque præſtanda dominis iure proprietatis eſſent adſtricti. Prohibuit itaque Imperator, ne liceret centenæ ſubditis quibuscunque emigrare, vel in aliorum ſe dare protectionem, absque terræ domini auctoritate, in cuius centena ſubſiſtebant: ne dominus terræ iure ſuo vel ratione *perſonae*, aſtriſtiori nexu obligatæ, vel ratione *bonorum* extra centenam euehendorum defraudaretur.

§. VIII.

(a) In diſſ. de Pfalburgeris, quæ exſtat in eius collectaneis iuris publici §. XXIII. pag. 31. et ſeqq. Priſtinum morem illuſtrat diploma CAROLI IV. de anno CIↃCCCLVI. apud WENCKERVM l. cit. pag. 66. „Quia „nonulli ciues et ſubditi principum, baronum et aliorum hominum, „ſicut frequens ad nos querela perduxit, iugum originariæ ſubiectio„nis quærentes abiicere, ymo auſu temerario contemnentur in aliarum „ciuitatum ciues recipi ſe procurant, et frequentius in præterito „procurarunt, et nihilominus in priorum dominorum, quos tali frau„de præſumſerunt, vel præſumunt deſerere, terris, ciuitatibus, oppidis „et villis corporaliter reſidentes, ciuitatum, ad quas hoc modo ſe „transferunt, libertatibus gaudere, et ab eis defenſari contendunt, etc.

§. VIII.

DE CENTVMGRAVIORVM IVRISDICTIONE.

Ex principum terræque dominorum conceſſione pendebat, quanam is Centumgrauiorum eſſet iurisdictio. Vt enim principes *iurisdictionibus et centis libere vterentur*, conſtituit FRIDERICVS. (*a*) Quibus cum omnis ſecularis iurisdictio cum omnibus ſuis ſpeciebus inter cetera regalia competebat, tum penes eosdem erat, qualem Centumgrauiis conferre, et vtrum criminalem, an vna cum illa ciuilem largiri mallent. Factum inde eſt, vt modo maior modo minor eisdem eſſet iurisdictio, provt largitoris principis, ceu domini centenæ conceſſione fuerat determinata. Cauſſas criminales ad eorum cognitionem pertinuiſſe, et poſterioris æui mores euincunt: ciuilium cauſſarum notionem penes eos non minus quandoque fuiſſe, apparet ex eis, quæ coram iudicio centenico a. CIƆCCCLVI. acta leguntur in hac charta: (*b*) *Ich Fritze von Breidenbach und Immegarte meine Eliche Wirtin, Burge zu Geylnhuſſ bekennen uffinlichen an dieſem Brieſſe - - daz wir recht und redlichen uſſge-*

(a) Hoc inter principes eccleſiaſticos et ſeculares diſcrimen agnoſcit IVS PROVINC. ALEM. cap. LXXXV. ex edit. BERGERI pag. 137. quod eccleſiaſticus imperii princeps iudicium colli et ſanguinis, ſanguinis enim effuſſionem eosdem horrere poſtulabat canonum ratio, iudicibus ſuis concedere non poſſet, ſed id ab Imperatore expetendum et iudicibus largiendum eſſet: contra alia ratio eſſet principum ſecularium. " Der Ding bedarff ein Ley nicht, der Gericht emphahet von " dem Konig, der leihet ſeinen Bann wol dem Richter, und der Rich- " ter mag in furbas nicht geleihen. Und hat der Leyen Fürſt ſon- " derlich gericht, da man über Menſchen Blut richten ſoll, den ſoll " er jeglichen ſein Bann ſonderlichen leihen.

(b) Quam exhibet V. A. Jo. AD. KOPP. de inſigni differentia inter Comites et nobiles immediatos, in ſupplem. n. 48. 453.

uſſgegeben han vor Zint Graffen und vor Scheffen in dem Gerichte zu Grinda. Eccleſiaſticas tantum perſonas eximit Fridericiana conſtitutio; quae cum fori eccleſiaſtici priuilegio fruerentur, *ne ſynodalis ad centas vocetur*, (c) conſtituit Imperator. (§. V.)

§. IX.

CENTENA PRO IVRISDICTIONE ACCIPITVR.

Ceterum, quae in centenae diſtrictu competit *iurisdictio*, et ipſa *centenae* appellatione venit, nec inepta ratione, cum ſine iurisdictione non intelligatur centena, nec infrequens ſit, eorum, quae ſua natura coniuncta ſunt, alterum alterius nomine deſignari. Vſus vero cum medii tum recentioris aeui euincit *ſuperiorem* inprimis, ad crimina vindicanda comparatam, iurisdictionem in centenis exercitam eſſe, cuius limites cum conceſſione, pactis, conſuetudine varia ratione conſtitui poſſint, centena *determinata iurisdictio criminalis in diſtrictu centenico* appellari poteſt. Iam olim ſuperiorem iurisdictionem cum ea coniunctam fuiſſe, euincunt formulae *cum banno et centena.* (a) Bannum autem iudicium ſanguinis denotabat, *den Bluthbann, den Bann vber Bluth zu richten.* In IVRE FEVD. ALEMANN. cap. XXXXII. §. 3. cauetur: *was des Gerichtes iſt, das vber Todtſchlege und Bluthgieſſen gat, wem das der Biſchoff lybet, den ſoll er ſenden mit ſeinen Brieſſen an den Konig, daſſ er ihm den Bann leyhe.* Banni indoles explicatius proponitur in diplomate RVDOLPHI I. Rom. Reg. de a. CIↃCCLXXVII. (b) *Dedi-*

(c) Idem iam aeuo Carolingico iuris fuiſſe patet ex CAPITVL. I. anni IↃCCLXIX. §. 17. apud BALVZIVM tom. I. p. 193.

(a) Quarum plures formulas exhibet CAROLVS DV FRESNE in gloſſar. in voce Centana et Centena nou. edit. p. 493. et 494.

(b) in WIGVLEI HVNDII Metropoli Salisburgenſi, tom. I. p. 262. n. V.

Dedimus et conceſſimus officialibus prædicti epiſcopi, quos ad hoc præſens et futuri Epiſcopi Patauienſes duxerint ordinandos, plenam iuſticiam iudicandi de crimine et iudicium ſanguinis exercendi in tribus locis - - furcas, patibula, truncos et tormenta alia, quibus reorum crimina puniuntur, publice erigendi, conceſſo ipſis eo iure, quod Bannum vulgariter appellatur. Et Centena comprehendi iurisdictionem criminalem, adeo verum eſt, vt in Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ (c) iurisdictio criminalis *Centgericht* appelletur, idque vſus centenarum ad noſtram vſque ætatem ſatis abunde euincat. (d)

§. X.

DIVISIO CENTENARVM IN IMMEDIATAS ET MEDIATAS.

Explicauimus Centenas, quarum iura imperii principibus confirmauerat Fridericus II. Imperator. Ipſa huius Imperatoris conſtitutio fundamentum ſuppeditat in centenas *immediatas* et *mediatas* diſtinctionis. Centenæ enim vel ab Imperatore ſtatibus membrisue imperii vel ab his rurſus aliis conferuntur. Priores immediatæ, hæ mediatæ ſunt. Vtrasque confirmauit Imperator, dum et principes iurisdictionibus ſuis et centis *libere vti*, et easdem aliis rurſus *nexu clientelari* conferre permiſit.

§. XI.

DIVISIO REGIONVM GERMANIAE IN ADVOCATIAS.

In aliis Germaniæ prouinciis placuit diſtinctio regionis in Aduocatias ſeu Vogteias. Aduocati Germanis fuerant iudices per certum

regionis

(c) Inſtrum. Pacis art. V. 43.
(d) Conſ. IVSTVS GE. SCHOTTELIVS de ſingul. in Germania iuribus cap. VII. PAVL. MATTH. WEHNERVS in Obſ. Pract. p. 518. IO. BALTHAS. WERNHERVS de iure aſſigendi publice mandata Vogteiæ immediatæ contra Centenam aſſerto §. II.

regionis tractum. Vnde cum non magis *vrbibus* quam *præſulibus eccleſiaſticis* priſtino æuo iuriſdictio competeret, aduocati illis dati ſunt; ex quo aduocati *vrbici* (a) et *eccleſiaſtici* (b) cœperunt. Quibus miſſis, de illis breuiter dicemus, quos per pagos vicosque ius dixiſſe legimus. Tractus regionis, ad eorum iuriſdictionem pertinens, *aduocatia* appellatur, vti in Charta OTTONIS, Ducis Brunſuicenſis, et AGNETIS de a. CIƆCCCXXIII. *in diſtrictu ſeu Aduocatia Soltwedel*, (c) et in diplomate CAROLI IV. quo a. CIƆCCCLX. *Alberto* et *Leopoldo* Ducatum Auſtriæ, Stiriæ et Carinthiæ cum *omnibus et ſingulis comitatibus et aduocatiis* in feudum concedit. (d) Aduocatiarum in Landgrauiatu Thuringiæ meminit Anonymus de Landgrauiis Thuringiæ. (e) *Orta eſt magna diſcordia inter Fridericum Landgrauium Thuringiæ et Marchionem Miſniæ et Erfordenſes ex eo, quod ciues multas iuriſdictiones et aduocatias in villis circumiacentibus ciuitati comparauerant ab Alberto Patre.* Ducatus Lauenburgici plurimas Vogteias refert charta vnionis inter Ericum Seniorem et Iuniorem et Albertum Saxoniæ Duces, de a. CIƆCCCXII. (f) *dat beſchlaten Land manck allen Herſchoppen, Vagedyen,*

 Gerich-

(a) De aduocatis vrbicis docte egit Jo. PAVL. KRESSIVS in vindiciis iuſtitiae iudicii recuperatorii a Lud. Rudolpho coepti a Ferdinando Alberto iurium Domanialium Helmſtadii exerciti cap. III. et DANIEL HEIDERVS von Reichs-Vogteyen. De variis advocatorum generibus docte diſputat vir ill. FRIDER. ESAI. PVFFENDORFFIVS de iuriſd. Germ. P. II. Sect. III. c. 1.

(b) De aduocatis eccleſiaſticis egregia expoſuit ANTON. MATTHAEI de Nobilitate cap. XXIX. XXX. et XXXI. et PAVLINI in exercitat. de aduocatiis eccleſiæ.

(c) Apud Io. PETR. DE LVDEWIG tom. IX. reliq. Mſctorum p. 523.

(d) Ibid. tom. IX. p. 688.

(e) Cap. LXXXIV. apud. Io. PISTORIVM Scriptor. rer. Germanic. p. 935.

(f) Quæ exhibetur in der gründlichen Nachricht von den an die Stadt Lübeck verphændeten dominio et aduocatia in Cod. probat. p. 33.

Gerichten, vnde Herlicheyden, dat genomet vnde gebeten is dat Land to Sudelbenden, dat ſick angehevet --- vnde ſick bredet vnde wendet het an de Vogdye to Louenborch twiſchen allen andern Vogedyen. Rugiæ inſula olim in nouem Vogteias diuiſa erat, coniunctim ſummæ Landuogteiam conficientes. Hæ Gothis dicebantur Gard, Gardvogteien, (g) ceu patet ex vetuſto ſeculi XIII. documento, quod excitat ALBERTVS GEORGIVS SCHWARTZ: (h) *Aduocatia, dicta Gharde, in Berghe*, ſeu Aduocatia Bergenſis.

§. XII.

DE ADVOCATIS ET A QVIBVS CONSTITVTI SINT.

Iurisdictionem *per aduocatiam* exercebat *aduocatus*, æque ac centumgrauius per centenam. Vnde nonnumquam iidem *centenarii* et *centuriones* dicuntur, qui fuerant *aduocati*: vti apud SCHANNATVM (a) *tunc Centurio Sigifrid, qui aduocatus noſter fuit, et vna fratres noſtri cum eo placitum conſtituerunt ad Sundheim.* Immo quæ hodie *Centena Fuldenſis* nomine adminiſtratur Satrapia, olim nonnumquam *aduocatiæ Fuldenſis* nomine venit, ceu ex charta a. CIↃXI. *loc. cit.* probat SCHANNAT. Ceterum Aduocati iurisdictioni obnoxii, *aduocatiales* vel *aduocatitii* veteribus audiunt. (b) Ducatibus principatibusque Germaniæ ad maiorem potentiam euectis, aduocatiæ dominis terræ

(g) Gard non tam a voce Gothica giærda, ſepire, quam a voce Wærda cuſtodire, Wærd, cuſtodia apud LOCCENIVM in Lexico Sueo Goth. p. 176. deſcendiſſe videtur, vti Vogt aduocatus, Cuſtos, defenſor Germanis dicebatur, et Guardia cuſtodia, præſidium, guardianus, præfectus, defenſor.

(h) In der Pommeriſchen und Rugianiſchen Lehnshiſtorie cap. II. p. 346.

(a) In Corpore Tradit. Fuldenſ. in append. de Buchonia vetere p. 326.

(b) Quod teſtimoniis probat ANTON. MATTHAEI de Nobilitate Lib. II. cap. XXIX. p. 326.

terræ *immediate* ſubfuerunt, iisque ab his aduocati præfecti. (c) Quod adeo verum eſt, vt aduocatiæ a Dominis terræ aliis *in feudum* datæ ſint. WILHELMVS, Comes Iuliacenſis, in literis recognitionis feudalis a. CIƆCCXXX. Ottoni Illuſtri, comiti Palatino datis, ſe ab hoc plures aduocatias in feudum accepiſſe profitetur: (d) *Bona autem prioris feudi ſpecialiter et nominatim et localiter ſunt ſubſcripta: Aduocatia in Brichſe, Aduocatia in Viletge, Aduocatia in Wesle, Aduocatia in Berchem, aduocatia in Pfaupſingendorf, Aduocatia in Holwilre, aduocatia in Munſtere, aduocatia in Greznich, aduocatia in Vrothem, bona in Zulpeche, quibus attinet eccleſia S. Mariæ, Aduocatia in Dornich.*

§. XIII.

DE VARII GENERIS ADVOCATIS ET DE PROVINCIALIBVS.

Quo maior regionis tractus, et quo amplior iurisdictio aduocato obueniebat, eo maior eius fuit dignatio. Nonnumquam non niſi *vni alteriue villæ* aduocatus præfuit minori poteſtate: (a) et exemplis docuit Vir illuſtris DAVID GEORGIVS STRVBEN, (b) aduocatiam nonnullarum *hubarum* terræ in feudum datam eſſe. Sæpius *integer pagus*, cui Comes alioquin præeſſe ſolebat, curæ aduocati et iurisdictio-

(c) Conf. Entwurff von Landesherrlichen Voigteien §. 7. Lubeck. 1742. Aduocatos, per prouincias Brunſuicenſes et Luneburgenſes ab Henrico Leone conſtitutos, refert, Vir Ampl. CHRIST. VLRIC. GRVPEN in antiquit. Hannouerenſ. p. 231. 232.

(d) Apud CAROLVM LVDOVICVM TOLNERVM in hiſtoria Palatina cap. III. pag. 96. Alia aduocatiarum feudalium exempla habet ERASMVS a CHOCKIER in tract. iurid. de aduocatiis feudalibus p. 12. et ſeq.

(a) In Charta Henrici Domini Magnopolenſ. de a. CIƆCCXCVIII. apud SCHROEDERVM in Papiſtiſchen Mecklenburg. p. 841. vnius villæ aduocatus refertur. conf. Perill. Dn. de WESTPHALEN Rerum Cimbricarum tom. II. p. 43.

(b) In Obſeruat. iur. German. obſ. IX. §. 5. p. 273.

ni relinquebatur, vt quæ in comitatus, iam in aduocatias diuiſæ eſſent regiones. Tandem integra nonnumquam *regio* ſeu *prouincia* aduocato parebat, cui nomen erat aduocati prouincialis, *des Landvogts.* In PAVLI LANGII *Chronico Citicenſi* (c) refertur *Henricus nobilis Dominus de Wyda et totius terræ aduocatus, præpotens poſſeſſor et dominator — dictus fuit tamquam excellenti titulo aduocatus, ſeu vulgariter Voit de Wyda, et ita poſteri eius per multa tempora. Nam totam terram aduocatorum, quæ et tunc ſicut et nunc das Voigtland dicebatur et dicitur, poſſedit.* Aduocatiæ prouincialis in Saxonia adhuc Sec. XV. mentio fit in literis Reuerſalibus Friderici Bellicoſi de a. CIↃCCCCXXIII. (d) *Wurde es auch Sache, daſs wir mit in und ſie mit uns oder die Manſchaft unter einander zu theidigen gewunnen, das ſoll man vsrichten in dem Lande zu Sachſen vor uns oder unſere Land Voigtei.* Aduocato prouinciali alii minores aduocati, qui et ſubaduocati dicuntur, plerumque ſuberant: vnde ei et *generalis aduocati* appellatio datur. (e) Rugiæ exemplum dedimus §. anteced., in qua nouem aduocati *prouinciali aduocato* parebant: et hodienum Ducatus Cellenſis, in duodecim aduocatias *Vogteien* diuiſus, *ſupremi* agnoſcit *Aduocati* des Grosvoigt iurisdictionem, dignitatem, auctoritatem.

§. XIV.

DE ADVOCATIS ET ADVOCATIIS MEDIATIS ET IMMEDIATIS.

Prout aduocati vel immediate ab Imperatore vel a ſtatibus Imperii

(c) Ad annum CIↃCXCIII. apud PISTORIVM Scriptor. rer. German. p. 791.

(d) Apud HORNIVM im Leben Friederichs des ſtreitbaren, Churfürſten zu Sachſen, p. 877. Sic et in inſtrumento de a. CIↃCCCCXXXVII. apud LVNIGIVM in Archiv. Imp. Part. ſpec. cont. 2. p. 216. mentio fit des Landvoigts zu Weiſſenfels.

(e) Exemplum refert SCHANNAT. l. c. in Buchonia vetere cap. II. p. 328.

ſii pendebant, vel *immediati* vel *mediati* fuerant. Præter immediatas eccleſiarum aduocatias, (a) variæ aduocatiæ occurrunt in Imperii Romano-Germanici prouinciis, quæ immediate Imperatori parebant. His præfecti aduocati iudices regii ſeu imperiales erant, regioni vel integræ nonnumquam prouinciæ Cæſarum nomine iuriſdictionis explicandæ cauſſa præſidentes, (b) ceu non minus exemplo *Aduocati prouincialis* Sueuiæ, ducis ſiue principis Sueuiæ partes ſeu reliquias ſuſtinentis, exemplo corroborat *Actorum Lindauienſium auctor*, (c) quam Landuogtiæ Alſatiæ exemplo conſtat. Vnde Sigismundus Imperator ſe ipſum vocat der Landgerichte Obriſten Herrn und Richter. (d) Mediatarum Aduocatiarum exempla dedimus §. ant. quæ cum ab Imperii Statibus penderent, hi merito *domini aduocatiæ Obriſte Voigt Herrn* vel *ſummi Aduo-*

(a) RVDOLPHVS I. in charta apud CONRINGIVM in cenſur. Diplom. Ludouiciani Part. alt. Cap. XIV. in f. "Promittimus -- quod nos aduo-"catiam nobis et imperio attinentem, quæ vulgariter dicitur Caſten "vogit, nunquam alienabimus obligabimus commutabimus. Quamquam eligendi aduocati ius ſæpenumero eſſet penes eccleſiam; electo aduocato tamen ab Imperatore Iurisdictio Criminalis conferenda erat. Vid. Ius Feud. Alem. Cap. 85. 42. §. 3. Henricus IV. in diplomate de a. CIↃLXXXVI. apud SCHANNATVM in vindem. liter. Tom. I. p. 107. abbatiæ conceſſit ius eligendi aduocatum ſaluo iure imperiali, iurisdictionem conferendi. "Nullus autem unquam aduocatus eſſe præſumat, "niſi quem fratres communi conſilio preuiderint eligendum ---- Hic "itaque abbate petente a Rege accipiat bannum legitimum. CONRA-"DVS II Imp. in Diplom. in BVTKEN Trophées de Braband Tom. I. Cod. prob. p. 39. vetuſtum imperiale ius adſtruit, "nulli licitum eſſe, "alicuius eccleſiæ aduocatiam vſurpare, niſi bannoregio ad hoc eſſet in-"veſtitus. Plura exempla collegit Doctiſſimus GRVPEN in Antiquitat. Hanouerens. p. 218.

(b) PHIL. DATTIVS de Pace Publica Cap. XIII. n. 85.

(c) p. 199. et p. 578. Viri nobiliſſimi de Iſenburg, tamquam *aduocati prouincialis* mentionem facit ADOLPHVS Rex Rom. in charta de a. CIↃCCXCVI. apud LVDEWIGIVM Tom. X. reliq. p. 163.

(d) In diplomate de a. CIↃCCCCXX. apud JO. HENR. de FALKENSTEIN in Cod. diplom. Antiquitat. Nordgau. N. CCCXII. p. 251.

Aduocati vocantur. Ita compellantur in charta ERNESTI, Ducis Brunſuicenſis, de a. CIↃCCCXXXV. (e) *Quæcunque cauſa terminata et compoſita non fuerit coram aduocato, qui ſedet iudicium in banko, terminata et compoſita eſſe debet coram ſummo aduocato et domino.*

§. XV.

ADVOCATIA PRO IVRISDICTIONE ACCIPITVR.

Cum aduocati per aduocatiam iurisdictionem explicarent, ipſis iisdem competens *iurisdictio* aduocatiæ nomen accepit. Ita diſerte explicatur in charta OTTONIS, Ducis Brunſuicenſis et Luneburgenſis, de a. CIↃCCCXII. (a) *Dimittimus aduocatiam ſiue iurisdictionem.* Sic Berchtoldus, Epiſcopus Bambergenſis, Ludouicum Seuerum, Ducem Bauariæ, a. CIↃCCLXIX. inueſtiit *cum aduocatia bonorum et hominum* (b) in variis bonis in Nordgauia ſitis, vt videlicet tam in perſonalibus quam realibus iurisdictio competeret. Quo magis variat aduocatorum conditio, aliis *maiori*, aliis *minori* iurisdictione inſtructis, eo magis diuerſa fuit *aduocatiæ* ratio, conceſſione, pactis, vſu et obſeruantia determinata: vt adeo aduocatia in genere ſit *iurisdictio determinata per diſtrictum aduocaticum.* Vnde vel omnem cum criminalem tum ciuilem, vel ſolam ciuilem vel reſtrictam criminalem iurisdictionem complectitur, prout *ſuperioris conceſſione* determinata fuerat. Aduocatia ſæpius cum *banno regio* concedebatur, omnem continens iurisdictionem in

(e) Apud LVDEWIGIVM Tom. X. reliqu. Mſct. med. æui p. 30.

(a) vid. Deductio daſs der Abtey und dem Cloſter zu S. Michael in Luneburg die iurisdictio omnimoda zuſtehe Luneburg 1722. in Beylagen n. 24.

(b) apud Jo. HENR. de FALCKENSTEIN in Cod. dipl. Antiquit. Nordgau. n. LVII. p. 59. Aduocatia et ius aduocaticum vocatur ibid. n. LXVI. p. 71.

in placitis aduocatorum, *Vogtheding* exercita. (c) Nonnumquam diſerte ab aduocatia eximitur *iudicium ſanguinis*, vt in charta ALBERTI Ducis Sax. de a. CIϽCCXLIII. (d), vbi aduocato conceditur *omne iudicium, iudicio capitis et manus excepto.* In charta de a. CIϽCCXXXIV. (e) Otto Dux Brunſuicenſis Eccleſiæ S. Michaëlis in Luneburg confert tria allodia *cum aduocatia et omni vtilitate et iure, quo nos illa habuimus, excepto iudicio quod pertinet ad corporis damnationem.*

§. XVI.

DE CENTENA ET ADVOCATIA SVBLIMI ET SIMPLICI.

Centenæ et aduocatiæ antiquitates breuiter et pro inſtituti ratione expoſuimus, vt vel ex iis, quæ hodienum ſuperſunt, centenarum origines et rationes pateſcant. Cum vero omnem nec centenæ nec aduocatiæ rationem exponere animus ſit, propius ad eam Centenæ ſpeciem progredimur, in qua vlterius explicanda induſtria noſtra verſabitur. Centena vero et aduocatia vel *cum ſuperioritate territoriali coniuncta eſt*, vel cum ea non coniuncta eſt: illam *ſublimem*, hanc *ſimplicem* appellamus. *Sublimem* vel ideo recte dicimus, cum et ſuperioritatem territorialem *ſublime territorii ius* dicere ſollemne ſit. (a) Perinde vero eſt, ſi eamdem *omnigenam* vel centenam *ampliſſimam* (b) vocaueris.

§. XVII.

(c) Huius plura exempla proponit DN. GRVPEN in Antiquit. Hanou. p. 217. et 221.

(d) In Deductione de dominio et Aduocatia Molnenſi inter diplomata n. XXIII. b. p. 35.

(e) In cit. Deduct. pro Abbat. S. Michaëlis in Beylagen n. 23.

(a) Scripſit ANDREAS KNICHEN tract. de ſublimi territorii iure.

(b) Ita vocatur in repræſentatione ſtatus cauſſarum ex actis Loewenſtein contra Chur Pfalz und Heſſen.

§. XVII.

CENTENA SIMPLEX VEL LIMITATA VEL ILLIMITATA EST.

Cum Centena ſimplex *determinata iurisdictione ſuperiori* abſoluatur, omnia redeunt ad leges, quibus determinata et per diſtrictum centenicum circumſcripta eſt. Illud enim exemplis tot Centenarum per terras Franconicas, Palatinas, Rhenanas teſtatiſſimum eſt, Centenam ſæpenumero in alieno territorio exerceri, eiusque limites *pactis, vſu, obſeruantia, præſcriptione* determinari. Iam vero Centenæ iurisdictio vel ad *quasdam maiorum criminum ſpecies* adſtricta eſt, vel ad illas non adſtricta eſt, ſed ad *omnia* omnino *delicta* vindicanda pertinet: illa *limitata*, hæc *illimitata* eſt. Limitatam quatuor grauiorum delictorum finibus circumſcripſerunt veteres, *der vier Hauptwrogen, Hauptrugen, Hauptwende*, ſcilicet homicidio, *Mord*, incendio, *Brand*, ſtupro violento, *Nothzwang*, rapinis, *Raub*. (a) Et eleganter eam in rem obſeruat, qui de iurisdictione criminali docte commentatus eſt, Vir illuſtris, FRIDERICVS ESAIAS PVFFENDORFIVS, (b) hæc crimina ſemper potiora, et grauiori animaduerſione digna habita eſſe Germanis. Referuntur ideo ad Centam, tamquam præcipuam ſuperioris iurisdictionis criminalis ſpeciem in diplomate CAROLI IV. de a. CIↃCCCLVI. quod excitat Dn. PVFFENDORFIVS: *Nullus Dux Marchio Comes monaſterii Lanckheim pauperes et ruſticos ad iudicium, quod vſitato*

(a) Quam varie tamen delicta, ad limitatam Centenam pertinentia, determinari vſu et obſeruantia ſoleant, patet ex iis, quæ tradunt SCHOTTELIVS de ſingular. in Germania iuribus cap. VII. §. 6. LINCK. diſſ. de iurisdictione Centen. Cap. III. §. 7. SECKENDORPF im teutſchen Fürſten-Staat, part. II. cap. IX. §. 5. et WEHNERVS in obſeru. pract. pag. 519.

(b) de iurisdictione Germanica. part. II. ſect. II. cap. I. §. 23.

vſitato nomine CENTA *dicitur, exceptis duntaxat quatuor caſibus, homicidio, furto, ſtupro, quod vulgo Nothnunſt dicitur, et pro letali vulnere audeat euocare.* Illimitata vero Centena omnem in grauiora et leuiora delicta in diſtrictu animaduertendi poteſtatem complectitur, tam in regia via, quam per pagos, *zu Dorff, Straſſen und Felde, ſo weit ſich der Centbahre Boden erſtreckt,* (c) vt adeo quæ ad iurisdictionem criminalem, eadem pertineant ad Centenam illimitatam.

§. XVIII.

CENTENA NEC LIMITATA NEC ILLIMITATA SVPERIORITATEM TERRITORIALEM INVOLVIT.

Siue limitata ſit ſiue illimitata centena in alieno territorio adquiſita, earum tamen neutra ſuperioritatem territorialem inuoluit. Vtramque enim non niſi iurisdictionem criminalem, ac proinde vnam regalium ſpeciem comprehendit: cum vero ab vno alteroue iure regali, in alieno territorio adquiſito, ad integrum territorii ius, ſeu ſuperioritatem territorialem argumentum perperam ducatur: (a) idem non minus fruſtra a centena ducitur. Eo redit Inſtrumenti Pacis (b) ſententia, *ſolam iurisdictionem criminalem, Zentgericht, ſolumque ius gladii* ius reformandi, ſuperioritati territoriali alioquin cohærens, non tribuere: vbi vox, *Sola iurisdictio criminalis* ſatis abunde euincit, de ea centena diſponi, quæ finibus *iurisdictionis criminalis* circumſcripta eſt, quamque ideo *ſimplicem* vocauimus. Quæ quamquam ad rega-

(c) ANDREAS KNICHEN de ſublimi territorii iure, cap. IV. n. 238. Inter eius opera pag. 56. et WEHNERVS in Obſeruat. Pract. p. 521.

(a) quod ex inſtituto docuit H. HILDEBRANDVS in diſſ. de iure regali in alieno territorio ſuperioritatem non inferente.

(b) art. V. §. 43. conf. IO. BALTHASAR WERNHER de iure affigendi mandata aduocatiæ contra centenam aſſerto. §. VIII. et ſequ.

ſia pertineat, et non minus *iure* ac *titulo regalium* in alieno territorio exerceatur, quam inueſtituræ nexu ab Imperatore et Imperio pendeat; non tamen *territoriali*, multoque minus *territorialis condominii* iure exercetur, (c) ſed inſtar *ſeruitutis* eſt iuris publici, in alieno territorio competentis. (d) Itaque penes quem eſt centenæ in alieno territorio ius, neque *dominus territorii* appellari, neque centenæ ſubiecti pro *ſubditis* territorialibus haberi poſſunt, ſed omnis centenaria iurisdictio non niſi *delicto commiſſo* competens eſt, neque ad cauſſarum *ciuilium* cognitionem poteſt proferri.

§. XVIIII.

DE ADVOCATIA SIMPLICE SEV INFERIORI.

Simplicis aduocatiæ ſeu quæ cum iure territoriali coniuncta non eſt, quæ et *inferior* vocatur, (a) eadem fere eſt ratio. Cum determinatam iurisdictionem per certum diſtrictum contineat, quæ æque criminalis ac ciuilis eſſe poteſt; facile apparet, *Vogteticam iurisdictionem* ita eſſe comparatam, prout *conceſſione*, *conuentione*, *obſeruantia*, *præ-*

(c) Eo ſenſu centenam, quatenus iurisdictionem criminalem tantum continet, ſuperioritatem territorialem non inferre, tuentur MYLERVS ab EHRENBACH. de princip. et ſtatibus Imper. cap. XXXXVIII. §. 16. GEORG MELCHIOR de LVDOLPH de Iure Camerali. Sect. I. §. 2. in not. KNICHEN loc. cit. cap. III. n. 367. IO. LIMNAEVS in Iure publico. Lib. VI. cap. III. n. 54. et ſeq. ANDLER in Iurisprud. publica et priuata, Lib. II. tit. V. n. 26. IO. SCHILTERVS in praxi iuris Romani exerc. VI. th. 9. TEXTOR. de iurisdict. territor. th. XI. IO. ANDREAS FROMMANN de condom. territor. cap. I. th. VII. et cap. VI. th. LXXXII. KLOCK tom. I. Conſil. 1. n. 69. et ſequ. KNIPSCHILD de ciuit. Imper. lib. I. cap. XII. n. 129.

(d) CHRIST. IO. CONR. ENGELBRECHT de ſeruitutibus iuris publici. Sect. II. Membr. III. §. 16. p. 244.

(a) KNICHEN loc. cit. cap. IV. n. 404. et ſequ. p. 61.

præſcriptione eſt determinata. (b) Ex frequentiori vſu Vogtetica iuriſdictio præter *ciuilem* eorum *criminum*, quæ ad centenam non pertinent, coercitionem comprehendit. Prout vero vel per integrum diſtrictum in pagis atque campis competit, vel ad certas curias in certo loco adſtricta eſt, vel *vniuerſalis* vocatur vel *particularis* ſeu *limitata*, *vulgo eine mit Thür und Angel geſchloſſene Vogtei.* (c) Cuiuscunque demum indolis ſit iuriſdictio Vogtetica *ſimplex*, eamdem ſuperioritatem territorialem non inuoluere, eisdem, quæ §. XVIII. expoſitæ, rationibus intelligitur.

§. XX.

SVPERIORITAS TERRITORIALIS OLIM IVRISDICTIONIS NOMINE DESIGNATA.

Quando Centenam et Aduocatiam *ſublimem* appellamus, cum ea *ſuperioritatem territorialem* coniunctam eſſe ponimus (§. XVI.). Vtriusque origines et rationes non rectius indagamus, quam eosdem adeuntes fontes, ex quibus generatim promanaſſe ſuperioritatem territorialem ſcimus. In iuſtitiæ adminiſtratione, qua ſuum cuique tribuitur, læſis ſuccurritur, et publica ſalus et ſecuritas coërcitione facinoroſorum firmatur, ac proinde iuriſdictionis ciuilis et criminalis exercitio præcipua pars illius adminiſtratoriæ poteſtatis, quæ penes Duces, Principes, Comites olim per integros pagos et regiones fuerat, conſiſtebat. Territoriis ſtatuum imperii amplioribus hereditariis effectis, ipſa iuris-

(b) conf. PAVL. MATTH. WEHNERVS in Obſeruat. Pract. p. 484. et ſequ. HENRIC. IO. WILLIVS de iuſtis iuriſdictionis Vogteiæ attributis. cap. II. et IV. KNIPSCHILD de iur. ciuitat. Lib. II. cap. VI. §. 10.

(c) vid. WILLIVS loc. cit. cap. II.

iurisdictio, quaqua patet, hereditaria reddita, et vna cum territoriis in feudum ſtatibus imperii conceſſa, ita tandem procedente tempore et ſeculo inprimis XII. et XIII. inter inſignia ſtatuum imperii *libertatis incrementa* in maius imperii ius immutata, vt, quæ hodienum competit ſuperioritas territorialis, inde exſurrexerit. (a) Et ipſa ſane *iurisdictionis*, quæ in principum inueſtiturarum litteris frequenter occurrit, appellatio aperte prodere videtur, per illam, dum ſtatibus imperii tribuitur, denotari, quæcunque inde nata ſunt territorii intra. FRIDERICVS I. partem Ducatus Weſtphaliæ et Angariæ Philippo Archiepiſcopo Colonienſi poſt triſtia Henrici Leonis fata *cum omni iure et iurisdictione, videlicet cum Comitatibus, aduocatiis cum conductibus, cum manſis, cum curtibus cum beneficiis cum miniſterialibus cum mancipiis et cum omnibus ad eundem ducatum pertinentibus* anno CIƆCLXXX. conferebat. (b) FRIDERICVS II. libertates et iura ſtatuum imperii et territorii dominorum confirmans, eadem ſub *iurisdictionum* appellatione comprehendit, ceu ex ſupra excitata aurea bulla apparet. (§. V.) Neque hæc appellationis ratio ſingularis videbitur, cui ſuccurrit, eam veteribus ſediſſe mentem, *Imperatorem* omnis iurisdictionis *fontem* eſſe, ex quo veluti per *riuulos* deriuetur per ſingula imperii *territoria* per imperii ſtatus explicanda iurisdictio: vnde et veteres ICti, qui regalia et imperii ſummi iura explicarunt, omnem hanc doctrinam, exemplo TOBIÆ PAVERMEISTERI, ſub appellatione *iurisdictionis Imperii Romano Germanici*

(a) Huius innouationis fata origines et progreſſus docte expoſuit HERTIVS de orig. et progreſſ. ſpecial. Imp. Rom. Germ. rerum publ. §. 7. et ſequ. et curatiori ſtudio JACOBVS CAROLVS SPENERVS in iure publ. Lib. II. cap. XIII. p. 313. et ſequ.

(b) Apud AVBERTVM MIRAEVM in Cod. piar. donat. tom. II. p. 1185.

manici complexi ſunt. In vetuſtioribus inueſtiturarum Imperialium litteris, imperii principibus datis, rarior eſt amplior regalium recenſus, ſed quæcunque ad territorium bene adminiſtrandum competebant iura, ſub omnis vel plenariæ iurisdictionis conceſſione veniunt. Humanitati Illuſtris Viri IOANNIS DANIELIS GRVBERI debemus inueſtituræ HENRICI VII. *Burchardo*, Archiepiſcopo Magdeburgenſi, indultæ exemplum in *Diplomatario Magdeburgenſi Manuſcripto* ita expoſitæ: *Henricus Dei gratia Romanorum Rex Burchardo Magdeburgenſi Archiepiſcopo regalia feoda principalis pontificatus de regia liberalitate conceſſit, et eumdem de iis inueſtiuit, adminiſtrationem temporalium et iurisdictionem plenariam ipſi committens. Actum in Francofurt. Idus Iulii a. CIↃCCCX. Regni ſecundo.* Quod adeo verum fuerat omnino, vt et iura Electorum territorialia in *Aurea Bulla* CAROLI IV. (c) ſub *iurisdictionum* appellatione veniant, ibique caueatur, ne vlla priuilegia *debeant aut poſſint libertatibus, iurisdictionibus, iuribus, honoribus, ſeu dominis Principum Electorum ſacri Imperii, eccleſiaſticorum et ſecularium, aut alicuius ipſorum in aliquo penitus derogare.* Et res quidem ſatis euicta eſt inſigni exemplorum teſtimoniorumque apparatu, quem dedit IO. FRIDERICVS PFEFFINGERVS, (d) ex quibus id apparet vbi ab Imperatoribus *territorium* cum omni *iure et iurisdictione ſtatibus Imperii* collatum eſt, iurisdictionis nomine venire *ſuperioritatem territorialem*, ſiquidem hæc appellatio nouior eſt, et demum Seculo XIV. vſurpari cœpit, (e) modeſtioribus vocabulis, et originem redolentibus,

(c) Aurea Bulla cap. XIII. §. I.

(d) In Vitriario illuſtrato. tom. III. p. 1079. et ſequ.

(e) Quod ex ipſis rerum argumentis abunde probauit GOTTLIB SAMVEL TREVERVS de origine nominis ſuperioritatis territorialis ex Gallia arceſ-

lentibus, receptis ad deſignandum ſummæ in territoriis poteſtatis ius. Inde eleganter obſeruauit HERTIVS, (f) formulam, *in ſuam iurisdictionem recepiſſe*, eo ſenſu vſurpari veteribus, quo ſuperioritatem territorialem denotat. In eandem rem ſimiliter obſeruandum, *eximere aliquem a iurisdictione* idem fuiſſe olim, ac eximere a ſuperioritate territoriali. (g)

§. XXI.

arceſſenda. §. VI. Ultra ſec. XIV. non proſtant diplomatum exempla, in quibus Superioritas territorialis vſurpetur. Occurrunt ex eo ſec. in Gallia: ſed eadem non minus ex eodem ſeculo extant in Germania; vt vix tuto aſſeratur, hanc vocem ex Gallia in Germaniam migraſſe. In compoſitione inter PHILIPPVM Pulchrum Regem Galliæ et Archiepiſcopum Lugdunenſem de a. CIↃCCCVII. art. 25. apud LEIBNITIVM in cod. iur. Gent. dipl. tom. I. p. 49. mentio ſit exactionum et collectarum, ratione ſuperioritatis ſoluendarum. In Charta IOANNIS Ducis Stinauiae de a. CIↃCCCXLI. IOANNI Regi Bohemiæ caſtrum et ciuitas Gorau cum toto ſuperioritatis Dominio venditur apud LVDEWIGIVM in reliq. MSCt. tom. V. p. 554. Eminentia, ſuperioritas, dominium reſeruatur CAROLO IV. in docum. de a. CIↃCCCLVI. ibid. p. 575. Sæpius deinceps et in Statuum Imperii chartis occurrit, vt in charta ALBERTI, ducis Magnopolenſis de anno CIↃCCCLXXVII. qua dominium directum et vtile et omnem ſuperioritatem villæ Rotzanitzæ in fauorem Lubecenſis epiſcopi dimittit. vid. Deductio Mölnenſis de dominio et aduocatia inter diplom. n. XXXI. p. 66.

(f) in diſſ. de iactitata Ordinis Ciſterſienſis libert. et exemt. a ſuperior. territor. ſect. II. §. 27. in f.

(g) CAROLVS IV. in Aurea Bulla pro archiepiſcopatu Ebredunenſi data de a. CIↃIↃXXX. in SAM. GVICHENONI Bibliotheca ſebuſiana Cent. II. n. 31. apud CHRIST. GOTH. HOFFMANNVM in collect. monument. tom. I. pag. 232. "Principatum et archiepiſcopatum Ebredu- „nenſem ab vniuerſis et ſingulis dominis temporalibus cuiuscunque „præeminentiæ, dignitatis, conditionis aut ſtatus exiſtant, et eorum iu- "risdictione poteſtate ſeu diſtinctione auctoritate imperiali liberauit, conf. Diploma de a. CIↃ CCXXXXV. apud Dn. de WESTPHALEN rer. Cimbricar. tom. II. p. 2077. ibi: Domino meo Raceburgenſi Epiſcopo & ſuæ eccleſiæ - - villas Boſowe, Benin et Dadowe in noſtro diſtrictu ſitas, ab omni iurisdictione noſtra, quam habebamus in eis, vel habere videbamur, liberas dimittimus et quietas. -- Prædictas villas quietas omnino damus, ab omni praeſtando nobis obſequio, expeditionibus, Bruchwere, et Borckwerck, ſeu quocunque alio et omni petitione, ſeu qualibet

§. XXI.

CENTENÆ SVBLIMIS ET ADVOCATIÆ APPELLATIONE SVPERIORITAS TERRITORIALIS DENOTATVR.

Quæ cum ita ſint, mirum non eſt, *ſuperioris Centenæ vel Aduocatiæ ſuperioris* appellatione non minus venire ſuperioritatem territorialem. Fuerunt enim centenæ et aduocatiæ *immediatæ*, (§. X.) quibus qui præerant, vice Imperatorum, comitum ad inſtar, iurisdictionem explicabant. Territorio Centenico vel Vogtetico hereditario reddito, dominisque Centenæ immediatis ad ius *Status* et ad maiorem in dies *libertatem* adſpirantibus, idem illis ſublimis in ea poteſtatis ius æque facile adquiri potuit, ac ducibus comitibusue adquiſitum eſſe nouimus. *Libertates*, *Iurisdictiones* et *Centas* confirmauerat imperii principibus FRIDERICVS II. iisdem verbis iura deſignans, quæ Dominis terræ in territorio competebant, vt non minus centenis et *ipſi libere* vterentur, quam easdem aliis *nexu clientelari* conferrent, permittens. (§. V. VI.) Sane ſuprema iurisdictio criminalis, quæ centenæ ineſt, et banni regii nomine venit, inter ſuprema Regalia ſemper relata eſt, ſub ſymbolo vexilli *der Bluthfahne*, (a) ſæpenumero ſtatibus imperii

bet exactione & iudicio Landthintkuel. Et hinc iudicium etiam colli et manus, et quidquid iurisdictione in ſæpe dictis villis hactenus habuimus, penitus reſignamus. Conf. Diploma apud Eund. loc. cit. p. 2224. et 2225. de a. CIↃCCXCIV. ibi: Item homines eccleſiæ, qui ad praedicta ſeruitia ſunt adſtricti, ad foſſata vel ad aggeres comportandos extra territorium Raceburgenſe minime compellantur, nec ad commune terræ placitum, quod vulgo Landthink dicitur, homines eccleſiae Raceburgenſis teneantur, vt antea, frequentare.

(a) Io. SCHILTERVS in Commentar. ad ius Feud. Aleman. cap. XLII, §. 3. p. 239.

rii collata. Quid vero Imperii Statui, eminenti iuris ſanguinis et gladii iure in territorio ſemel acquiſito, facilius fuit, quam et ceteris imperii iuribus ac regalibus et exinde ſuperioritate territoriali inter varia temporum interualla, potiri, æque vt de ſuperioritatis territorialis incrementis generatim obſeruant iuris publici interpretes, (b) eam Regalium adquiſitionibus, ſolo vſu, obſeruantia, præſcriptione ad illud, quo cernitur, faſtigium euectam eſſe. Ex quo illud eueniſſe videtur, vt quod olim fuerat *banni regii* ſymbolum, *die Bluthfahne*, ſequiori æuo pro *Regalium omnium* ſeu ſuperioritatis ſymbolo habitum ſit, ceu ex ſollemni inueſtitura AVGVSTI Saxoniæ Electoris a. CIƆIƆLXVI. celebrata intelligitur, (c) in qua refertur: *Haben ihre Kayſerliche Majeſtæt die Bluthfahne von Chriſtophen von Ragwitz fordern laſſen, vnd ſeine Churfürſtliche Gnaden dadurch mit den hohen Regalien und Herrlichkeiten der hohen Kæniglichen Lehen über alle ſeiner Churfürſtlichen Gnaden Churfürſtenthumb vnd Lande belieben.* Etiamſi itaque Centenæ vi vocis non inſit ſuperioritas territorialis, ſeruato tamen vetuſto nomine, quidquid ſublimioris territorii iuris cum ea procedente tempore coniunctum eſt, *centenæ* vocabulo deſignari cœpit. Diplomatum fide id affirmat HENRICVS COCCEII, (d) et, *obſeruaui*, inquit, *ex plurimis antiquis conceſſionum tabulis Archiui electoralis Palatini, ante duo vel tria ſecula terras epiſcopis et comitibus tantum conceſſas eſſe cum reditibus et iurisdictione, ſeu mero mixtoque imperio, mit Ober und Gericht-*

(b) LVNCKER de ſuperiorit. territor. pag. 7. & 9. SCHILTER Inſtitut. iuris publici Lib. I. tit. XXIV. §. 6. KVLPISIVS in Commentar. ad MONZAMBAN. de ſtatu Imper. Rom. Germ. cap. III. §. 2. LVDOLPHVS HVGO de ſtatu reg. Germ. cap. I. §. 2. 3.

(c) Deſcriptionem huius inueſtiturae dedit illuſtr. CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER in der Sammlung ungedruckter Vrkunden. pag. 89.

(d) In iurispubl. prudent. cap. XXI. §. 12.

richtbarkeiten, Ober und Erbgerichten, Zwang, Bann, Zent etc. *Nuzungen, rariſſime adduntur Herrlichkeiten.* Eiusdem ſententiæ eſt NICOLAVS CHRISTOPHORVS LYNCKER, (e) *idem dicens de Cent und Vogtei, quæ ſi quis habeat, alicubi ſuperioritate pollere dicitur, poſtquam ex obſeruantia locorum illorum cetera imperii iura omnia ad hæc duo referuntur.* De aduocatia *ſublimi* Imperii Principum in territorio res fere perpetuo et ad noſtram ætatem teſtatiſſimo vſu euicta eſt, ea ſuperioritatem territorialem denotari. (f)

§. XXII.

EXEMPLA CENTENARVM IN TERRIS RHENANIS.

Nec deſunt hodienum in terris præſertim Rhenanis ditionum exempla, in quibus non modo territorium nomen centenæ ſeruauit, ſed et ſublimis ſeu ſuperioris Centenæ appellatione der *Ober Centh* vel *Hohen Centh* ſuperioritas territorialis comprehenditur. In *Palatinatu* in vetuſto pago *Craigouiæ* eſt centena *Stuberiana* ſeu *Reichartshuſana* et Centena *Meckesheimenſis*, ſeu *Gemunderana*, in quibus quamquam immediatis Craigouiæ nobilibus inferior et Vogdaica Iurisdictio competat, Sereniſſimo tamen Electori Palatino ſuperioritas territorialis debetur, cuius propugnationem ex inſtituto ſuſcepit ICtus Heidelbergenſis, Dn. FRANCISCVS ALEF. (a) *Sereniſſimus Landgrauius Haſſo Darmſtadinus*

(e) De Superioritat. territ. p. 17.

(f) conf. HERTIVS de ſuperiorit. territ. §. 2. AVCTOR actorum Lindavienſium pag. 829. et ſequ. WEHNERVS in Obſeruat. Pract. ANTON. MATTHAEI de nobilitate Lib. II. cap. XXX. pag. 516. Gründliche Nachricht von dem an die Stadt Lübeck verpfænderten Dominio et Advocatia. pag. 23. et ſequ.

(a) In diſſ. ſub titulo: Gemma iuris Palatini, ſeu tractatio exegetica über den ſogenannten Zenthvertrag de a. CIↃ IↃ LX.

dinus non minus ſuperioritatem territorialem *centenæ ſublimioris titulo* in variis, quæ eum ſupremum centenæ Dominum agnoſcunt, centenis ſeu diſtrictibus centenicis exercet, quorum indicem dare ad argumenti noſtri illuſtrationem pertinere videtur. Celebrantur Centena *Arbeilgen*, Centena *Pfungſtadt*, Centena *Ober Ramſtadt*, Centena *Erfelden*, Centena *Gerau*, Centena *Moerfelden*, et Centena *Zwingenberg*, quæ Sereniſſimum Principem Haſſo Darmſtadinum venerantur ſupremum territorii et Centenæ Dominum, ceu apparet ex articulis Centenicis in appendice huius diſſertationis adiectis. In Cent *Iugenheim* et *Seeheim* penes Sereniſſimum Landgrauium eſt centenæ ſublimis ius ſeu ſuperioritas territorialis; Comites de ERPACH vero easdem cum iurisdictione inferiori nexu clientelari ab eodem Principe poſſident. (b) Immediati S. Rom. Imp. nobiles de RIEDESEL, *Liberi Barones de Eiſenbach* ratione centenæ *Lauterbach* agnoſcunt ſublime centenæ et territorii ius Haſſiæ Landgrauiorum, (c) quamuis oppidum *Lauterbach* cum attinentiis ſit in

nexu

(b) Varias conuentiones inter Sereniſſimum Landgrauium et Comites Erpacenſes, ſuper hac centena initas, recenſet IO. NICOL. HERTIVS in reſponſ. et conſiliis. Num. LVI. pag. 134. vbi inprimis conuentio a. CIↃIↃCXXI. vtriusque Principis et Comitis iura ſic exponit: Erſtlichen haben von dem Furſtlichen Hauſſ Heſſen die Herren Graffen zu Erpach zu Lehne das Amt zu D - - - und zu S - - - mit aller ſeiner Herrlichkeit, Gerichten und Rechten, Wildbahnen, Dienſten, Zinſſen, Heiden, Walden, Waſſer, Weyden und aller ander Zugehoerde, ausgeſcheiden der Cent-Obrigkeit und Gerechtigkeit, item die Doerffer J - - - und B - - - mit denen Gerichten, Rechten, und Wildbahnen, und was dazu gehoeret, auch ausgeſcheiden Ihro Fürſtliche Gnaden Cent-Obrigkeit und Gerechtigkeit - - -

(c) Quæ inter Sereniſſimam Domum Haſſo Darmſtadinam et nobiles immediatos de Riedeſel de ſublimi centenæ iure mota, et coram Camera Imperii ventilata erat lis, ſublata eſt transactione Darmſtadii ad d. 4. Martii CIↃIↃCCXIII. inter immortalis memoriæ Principem ERNE-

STVM

nexu clientelari abbatiæ Fuldenſis. (d) *Commune ſublimis centenæ ius* in Centena *Vmſtadt* cum Sereniſſimo Landgrauio Haſſo Darmſtadino Sereniſſimus Elector Palatinus exercet. (e) Præfecturæ et Centenæ Vm-

STVM LVDOVICVM, Haſſiæ Landgrauium, et omnes Dominos de RIEDESEL inita, in eiusque §. 1. agnita et firmata eſt, quæ dudum Principibus Haſſiæ competierat, ſuperioritas territorialis, cautumque: Verbleibet dem Hochfürſtlichen Hauſe Heſſen die territorial-ſuperioritæt in obbemelten dreyen Gerichten, Ober Ohmen, Engelrodt, CENT LAVTERBACH, und zu der lezteren gehörigen Vorſtadt das Werth genannt, in und mit dem Begriff - - alſo und dergeſtalt, daſſ die darin bereits gelegene Wohnungen Eiſenbach und Sickendorff, als auch die darinnen etwan weiter erbauete Haüſſer, nebſt allen adelichen und unadelichen Perſonen, Geiſt und Weltlichen Bedienten - - dieſer hohen Landesfürſtlichen hohen Obrigkeit unterworffen, und darunter begriffen ſeyn und bleiben ſollen.

(d) Vid. SCHANNATI Clientela Fuldenſis beneficiaria, pag. 140.

(e) Centena Umſtadt, quam olim Autumiſtatt ſuper fluuio Ricchina in Pago Moinegangio fuiſſe, et Omeneſtade ſcriptam eſſe obſeruat Reuerend. Præſul et Auctor Prodromi Chronici Gottwicenſis Lib. IV. p. 636. ab anno CIↃ CCCXCI. quo Rupertus Senior Elector Palatinus dimidiam eius partem emtionis titulo a Friderico Abbate Fuldenſi adquiſiuerat, æquo iure Domui Electorali Palatinæ et Hanoicæ vsque ad annum CIↃIↃIV. paruit. Quæ inter vtramque domum in primis inter PHILIPPVM, Electoralem Palatinum, et PHILIPPVM, Hanouiæ comitem, anno CIↃCCCCLXXVIII. ratione variorum in hac Centena iurium der Oberkeit, Nachfolge, Reiſe, Frevel Buſſ, Wiltbenn, Halsgericht intercesserit controuerſia, ex ſententia arbitrali REINHARDI, Wormatienſis Epiſcopi, quam in appendice N.X. dedimus, perſpicitur. Sed ab anno CIↃIↃIV. Philippus, Elector Palatinus æque ac comes Hanouiæ, qui eius partes ſequebatur in lite cum Alberto duce Bauariæ ob fractam pacem publicam, Vmſtadienſi Centena priuati ſunt. Obuenit Præfectura Vmſtadienſis ex indulgentia MAXIMILIANI Imper. I. WILHELMO Haſſiæ Landgravio vi conceſſionis imperialis de d. XXIII. Aug. a. CIↃIↃIV. quæ exſtat in deductione der von Seiten Chur-Pfaltz dem Haus Heſſen Darmſtadt in der zwiſchen beyden theilen pro indiuiſo gemeinſchafftlichen Stadt, Ambt und Cent Umſtadt zugefügter grauaminum, edit. a. CIↃIↃCCXX. ſub Lit. A. pag. 88. eaque ea lege obuenit, vt etiamſi Philippus Elector veniam impetraret, Præfectura Vmſtadienſis tamen nihilominus iure perpetuo eſſet in Dominio Domus Haſſiacæ. Sed effecit plurium Imperii Principum interceſſio, vt res omnis amicabili conuentione de anno CIↃIↃXXI. quæ

Vmſtadienſis portio eſt Centena *Habitzheimb*, ratione ſuperioritatis territorialis Sereniſſimo Landgrauio et Electori Palatino æque communiter ſubiecta, (f) quamquam vtrique ea de re litem mouere voluerint Comites de LOEWENSTEIN, qui eadem ab Electore Palatino, ceu domino directo, pro parte ipſius indiuidua infeudati ſunt. Nec ſilentio prætermittimus, Illuſtriſſimum Comitem de LOEWENSTEIN ius ampliſſimæ centenæ cum ceteris iuribus territorialibus in diſtrictu centenico *Kunz* et *Hezbach* ſine omni controverſia exercere. In quibus centenis cum Elector Palatinus inferioribus gau-

quæ exſtat in cit. Deductione ſub lit. B. pag. 93. inter LVDOVICVM, Electorem Palatinum, et FRIDERICVM, Comitem Palatinum Rheni nec non inter PHILIPPVM, Haſſiæ Landgrauium, ea ratione ſit compoſita, daſs Pfaltzgraff Ludwigen und Seiner Lbd. Bruder Herzog Friederichen, desgleichen Landgraffen Philipſen die Schloſſ und Stadt Vmſtadt mit aller Oberkeit, Herrlichkeit und Nuzen zugleich haben ſollen, ungetheilt und alſo in jedem theil Pfalz und Heſſen der Halb Theil durchaus zuſtehen ſoll.

(f) Vtriusque, Electoris Palatini et Landgrauii Haſſiæ ſuperioritas territorialis in centena Habizheimenſi, quæ quatuor villas comprehendit, agnoſcitur, eiusque et inferioris vogdaicæ iurisdictionis, comitibus Lœwenſteinenſibus competentis, fines reguntur in Vmſtadter Saalbuch de a. CIↃIↃXXI. in cit. deduct. ſub lit. KK. pag. 132. Habizheim, Spachbrücken, Groſs Zimmern, Zeillart gehören dem Grafen Lœwenſtein mit den Untergerichts Obrigkeiten. An allen hiervor geſchriebenen Orten haben beede Herrſchafften in gemein den güldenWein Zoll und alle hohe Obrigkeit. Joanne Caſimiro et Georgio Ludouico, Comitibus Lœwenſteinenſibus vogteia Habizheimenſi inter belli publici motus anno CIↃ IↃCXXII. priuatis, eaque a FERDINANDO Imper. II. Comiti de Strahlendorff S. R. I. Vice Cancellario in ſolutum data, iterumque ab eodem redemta et a LVDOVICO, Haſſiæ Landgravio, emtionis titulo adquiſita, praedicta vogteia, quæ et olim ad commune ſublimis centenæ et territorii ius Domus Palatinæ et Haſſiacæ pertinuerat, in poſſeſſione Haſſiæ Landgrauiorum vsque ad annum CIↃIↃCXXXXIX. perſtitit, quo demum GEORGIVS, Haſſiæ Landgrauius eamdem vi amneſtiæ, et vigore Inſtr. ſaluo ſupremo imperii et centenæ iure, Ferdinando Carolo, Comiti Lœwenſteinenſi, reſtituit. Conf. Repræſentatio ſtatus cauſſarum ex actis Lœwenſtein contra Chur-Pfalz und Heſſen.

gaudeat iurisdictionibus Vogdaicis, Comiti tamen ſupremo tamquam præfecto centenico ſuperioritas non negetur territorialis, eoque magis mirandum, in pari cauſſa eundem Comitem Sereniſſimo Landgrauio Haſſo Darmſtadino iniuſtas mouiſſe controuerſias.

§. XXIII.

PRINCIPIA GENERALIA CENTENÆ SVBLIMIS.

In ambigua Centenæ, quæ æque *ſimplex* ac ſublimis eſſe poteſt, ſignificatione, illud inprimis videndum, quibus argumentis, ſublimem adeſſe, euincatur, maxime ſi ea de re contentio oriatur inter regionis et diſtrictus poſſeſſorem, variis in eodem iuribus inſtructum, et alium Imperii Statum, ſupremum territorii ius ſibi vindicantem. Ex ipſa ſuperioritatis indole recte infertur, vt ſublime Centenæ ius ſtatui imperii tribui poſſit, requiri, vt *eſſentialia ſuperioritatis territorialis iura* eidem competant. Poſitis enim rei eſſentialibus, et *ipſa res* ponitur, et *naturalia*, quæ per eſſentialia determinantur, ineſſe præſumuntur. Qui itaque ea iura exercet, quæ ſuperioritatis territorialis *eſſentiam* conſtituunt, reliquorum, quæ inde determinantur, iurium territorialium complexum tamdiu habere præſumitur, donec alter ſibi iſta iura iuſte adquiſita eſſe docuerit. Cum vero ſuperioritas territorialis ſit *ſummum ius Statuum Imperii, in territorio S. R. I. omnia in ſalutem et ſecuritatem eius dirigendi, legibus imperii determinatum*: (a) eſſentialia

(a) In eamdem fere ſententiam LYNCKERVS de ſuperioritate territoriali p. 11. illam vocat poteſtatem immediati poſt Cæſarem regiminis ſtatibus imperii in perſonas et res ſui territorii competentem. Hæc enim poteſtas inuoluit ius omnia tam intuitu rerum quam perſonarum dirigendi ex ſalute et ſecuritate territorii, quale ius imperium appellamus. Dum poteſtatem immediati poſt Cæſarem regiminis vocat, reuera ſummum in territorio ponit imperium, vt tamen Legibus Imperii determinatum ſit, ex iisque modum accipiat.

lia eius eo redeunt, vt, cui tribuatur, *Status Imperii* ſit, eique ius ſummum competat, in territorii ſalutem et ſecuritatem omnia dirigendi. Vltimum vocamus *imperium*: cui cum *ſubiectio* reſpondeat, præcipuum ſuperioritatis territorialis momentum in nexu ſummi imperii et ſubiectionis in territorio conſiſtit. Requiritur ergo ſuperior, imperium in territorio exercens, et inferior, obſequium intuitu territorii præſtans: adeo vt, hoc nexu remoto, ne fingi quidem ſuperioritas territorialis poſſit, eoque nomine ſit poteſtas Statuum Imperii in territorio, imperii et ſubiectionis nexum inuoluens. Itaque ſi Centenæ, quæ *Statibus Imperii* competit, annexum eſt *ſummum ius omnia in ſalutem et ſecuritatem territorii Centenici dirigendi*, vel ſi *inter Dominum Centenæ, qui Status imperii eſt, et ſubditos nexus ſummi imperii et ſubiectionis in imperio centenico* intercedit, Centena *ſuperioritatem territorialem* conſtituit, ac proinde *ſublimis* eſt. Status Imperii igitur, hac inſtructus, et reliquis ſuperioritatis territorialis iuribus, quæ ex eius eſſentialibus determinantur, tamdiu potitur, donec ab altero, eadem iuſte quæſita eſſe, oſtendatur. (b)

§. XXIV.

CENTENA SVBLIMIS NON INVOLVIT PARTICVLARE SVPERIORITATIS IVS IN ALIENO TERRITORIO.

Quando *Statui Imperii* vi centenæ eſſentialia ſuperioritatis territorialis in territorio competunt, ipſa ſuperioritas, ac proinde *Centena ſublimis* competit, non vero nudum duntaxat *particulare* ſuperioritatis territorialis ius in alieno territorio. Cum enim a rei eſſentialibus

ad

(b) Conf. PFEFFINGERVS in Vitriario illuſtrato lib. III. tit. XVI. p. 1143. et ſeq. ANDR. KNICHEN de ſublimi territ. iure cap. III. n. 280. et ſeq.

ad ipſam rem, tum ab *eſſentialibus* ſuperioritatis territorialis ad *hanc ipſam* legitima procedit argumentatio. Vbi vero ipſa *ſuperioritas territorialis* competit, male tantum eius pars ſeu *particulare* aliquod ius competere ponitur. Hoc ipſo manifeſta *ſublimis* et *ſimplicis* centenæ differentia perſpicitur, cum *ſimplex* centena, ſiue limitatam ſiue illimitatam iurisdictionem criminalem inuoluat, *particulare* ſuperioritatis territorialis ius conficiat, quod vni ſæpius in alterius territorio vel pacto vel priuilegio vel præſcriptione adquiſitum, et inſtar ſeruitutis iuris publici eſt in alieno territorio.

§. XXV.

SVBLIMIS CENTENAE NON NISI STATVS IMPERII CAPAX.

Si cui Centena competit, qui *Status* Sacri Romani Imperii non eſt, centenam ſublimem non habet, ſiue centena, quæ ei competit, limitata ſiue illimitata ſit. *Iure ſtatus* enim deſtitutus, nec *ſuperioritatis territorialis* capax eſt, nec proinde ſublimis centenæ. (a) Siue vero limitata ſiue illimitata ſit centena, quam habet, vi vtriusque, non niſi *iurisdictionem ſuperiorem*, vel ad *certa* crimina vel ad *omnia delicta* vindicanda comparatam, exercet, quarum neutra tamen ſuperioritatem inuoluit territorialem. (§. XVIII.) Fac autem eidem, qui Status Imperii non eſt, præter iurisdictionem ſuperiorem alia adhuc in cente-

(a) Vnde qualitatem Status Imperii formale ſubiectum et proprium ſuperioritatis vocat ill. Io. IACOB. MASCOVIVS in princip. iur. publ. Lib. VI. cap. I. §. 8. Itaque negata ſtatus qualitate, et ſuperioritatem territorialem negari recte infert Vir ill. Io. ADAM KOPP de inſigni differentia inter S. R. Imp. Comites, et nobiles immediatos. Sect. II. §. VIII. p. 219.

centena competere eminentia iura, ea non vi ſuperioritatis, ſed vi *ſpecialis priuilegii* et *conceſſionis* competunt. Qua propter cum *nobiles imperii immediati* Status Imperii Romano Germanici non ſint; nec ſuperioritate territoriali fruuntur, ſed quidquid habent iurium territorialium, vi *ſpecialium priuilegiorum* exercent, eisdemque nec *ſublimis centena* competit. (b)

§. XXVI.

SVBLIMIS CENTENA EX SVMMO PER TERRITORIVM CENTENICVM IMPERIO DIGNOSCITVR.

Si Statui Imperii tale ius in *territorio centenico* competit, quo *nexus ſummi imperii et ſubiectionis* proditur, ei *centena ſublimis* competit. Vim huius argumenti exprimunt, quæ in demonſtrationibus centenicis, *den Centhweiſthümern*, dominis tribuuntur appellationes, imperium ſuperius in territorio centenico inferentes. Inſigne eſt, quod ex iſtis *Scabinorum pronuntiationibus* deſumitur argumentum, ſiquidem in illis iura dominorum et ſubditorum, interrogantibus aliis et monentibus, aliis reſpondentibus, præſentibus his, quorum vel maxime intererat, ex vſu et obſeruantia determinabantur. (a) Principio ipſum *territorium* vocabulo *der Cent* in illis deſignatur, nec inuſitato loquendi more, ſiquidem et olim centenam æque ac aduocatiam diſtrictum determinatum denotaſſe ſupra vidimus. In *Centena Arheilienſi* Sere-

niſſimo

(b) Ceu euictum dederunt Dn. KOPPIVS loc. cit. pag. 225. LYNCKER de libert. Stat. Imper. Sect. I. §. 2. p. 9. LVDOLPHVS HVGO de ſtatu regionum cap. V. §. 5. et 6. HENNIGES in tract. de ſuperioritate territoriali adiunct. Spec. IV. Meditat. ad Inſtrum. Pacis. §. 5.

(a) Docte de illis diſſeruit Vir illuſtris HENRICVS CHRISTIANUS de SENCKENBERG in meditat. iur. med. VII. p. 730. et GE. MELCHIOR de LVDOLPH in Obſeruat. for. tom. II. Obſ. CXLVIII. p. 149.

niſſimo Haſſiæ Landgrauio tribuitur in ſalutem et commodum territorii centenici diſponendi ius, (b) *nach Nutz und Nothdurſſt ſeines Landes und nach ſeinen Willen, ſo fern dieſe Centh betrifft*, vbi vox *der Centh* et *Landes* promiſcue vſurpatur. Huc pertinet formula: *ſo weit der Ring dieſer Centh gehet.* (c) Pagi territorii Centenici vocantur *Dörffer, die in dieſe Centh gehörig*, (d) et bona a *ſitu* dicuntur *die in der Centh gelegen*, (e) et ſubditorum nomen eſt *der Centhmænner*, (f) vel, *die in der Centh wohnhaftig und geſeſſen ſind.* (g) Deinde *ſupremi Domini centenæ* vocantur, *obriſte Centherrn*, (h) ad quos centenicum territorium pertinet, eodem modo, quo FRIDERICVS II. in Aurea Bulla, qua Principum Imperii iura confirmauit, *Dominos terræ* vocat, quibus centenæ ſuberant, hoc eſt territorii Dominos. (§. V.) Hanc eminentioris ſignificationis appellationem euincit vocabulum des *Obriſten Vogt und Herrn der Centh.* Sicuti enim *ſuprema aduocatia* principatus iure exercetur, et territorialem poteſtatem inuoluit (§.XX.) (i): ita

(b) vid. append. N.I. §. 1.

(c) vid. OberRamſtædter Centh Weiſſthum in append. N. III. §. 1.

(d) vid. Zwingenberger Centh Weiſſthum in append. N. VIII. p. 11.

(e) vid. Weiſſthum der Centh Pfungſtadt. in append. N. II, §. 6. 7. et paſſim in reliquis Demonſtrationibus Centenicis.

(f) Horum frequens fere in ſingulis Demonſtrationibus Centenicis fit mentio.

(g) Zwingenberger Centh Weiſſthum N. VIII. §. 2. et Gerauer Centh Weiſſthum N. V. §. 2.

(h) Sic v. c. vocatur im Weiſſthum der Stüber oder Reichhartshäuſer Cent apud Dn. ALEF in tractat. exegetica des Centhvertrags de a. CIƆIƆLX. in append. p. 3.

(i) Vnde ANDREAS KNICHEN de ſublimi territor. iure c. IV. n. 411. in Oper. p. 62. „Vſu firmatus, inquit, et experimento, ſuperiorem Vog„teiam autumo, quæ exercetur Principatus ſeu territorii iure. Domi„nus dicitur Obriſter Voigt herr, vnde ſubditis imperitatur ſubiectionis „lege.

ita *ſupremi aduocati centenæ* appellatio eum deſignat, penes quem ſublime territorii ius eſt, qui vi vocabuli *ſuperioris* Domini, *des Obriſten Centhherrn vel Obriſten Voigts* ſatis diſtinguitur *a Domino Centenæ*, *dem Centhherrn*, cui alioquin non niſi ſimplex centena competere ſolet. Quæ quidem omnia ſatis vindicantur formulis *der Centh Weiſſthümer* in Landgrauiatu Haſſiaco Darmſtadino, in quibus et territorii Principi vindicant Scabini centenæ, *daſſ unſer gnædigſter Fürſt und Herr ſeye Obriſter Faith und Herr, ſo weit dies Landgericht gehet*, (k) vel *ſey Obriſter Fauth und Herr in der Centh, und ſo weit das Landgericht gehet.* (l) Ipſa territorii centenici ſublimis poteſtas exprimitur in formula, (m) *daſſ Unſer gnädigſter Fürſt und Herr die obriſte Herrſchafft auf dem Berg und in der ganzen Centh habe: - - -* quæ ſubinde etiam vocatur *Centh Obrigkeit und Gerechtigkeit*; (n) Ex quibus ſatis perſpicitur diſcrimen *des Obriſten Centherrn* et *des Centh Graſſen*, ſiquidem ille eſt *territorii centenici Dominus*, hic vero non niſi *iudex centenæ*, cui iuriſdictio criminalis demandata eſt. Nec minus perſpicuum eſt diſcrimen *der Centh-Herrſchafft* et *der Centhgraſſſchafft*, cum hæc pertineat ad diſtrictum, in quo explicatur *iuriſdictio criminalis* ſub centenæ vel *limitatæ* vel *illimitatæ* appellatione, illa autem *ſublime territorii ius* referat, eoque nomine in transactione inter Sereniſſimum Haſſiæ Landgrauium, ERNESTVM

LVDO-

„lege.„ Et obſeruat HERTIVS in Reſp. N. LVI. in Franconia Ober Vogtei ius territorii ſignificare. Conf. REINKING de regim. ſec. et eccl. Lib. II. claſſ. II. cap. VI. n. 57.

(k) vid. Centh Weiſſthum der Ober Ramſtädter Centh in append. n. III.

(l) vid. Erfelder Centh Weiſſthum in append. n. IV. conf. N. I. n. V.

(m) Im Weiſſthum der Centh Jugenheim in append. n. VII. quæ centena quoad inferiorem iuriſdictionem pertinet ad Comites de ERPACH. conf. Weiſsthumb der Centh Zwingenberg. in append. n. VIII.

(n) vid. HERTII Conſilia et Reſponſa. N. LVI. pag. 134.

LVDOVICVM, et Dominos de RIEDESEL ſuper *Centena Lauterbachenſi* inita, diſerte *die territorial ſuperioritat, die Landesfürſtliche hohe Obrigkeit* nuncupatur. (§. XXII. not. c.) Eiusdem vis et poteſtatis eſt appellatio *der hohen Obrigkeit,* dum *Statui Imperii* intuitu *territorii* tribuitur. EVERHARDVM Ducem Würtebergenſem MAXIMILIANVS Imp. I. inueſtiuit *mit allen Ehren, Titul, Oberkeiten, Herrlichkeiten, Würden, Freyheiten.* (o) CAROLVS V. in *Capitulationis* ſuæ art. IV. iura Principum ſub appellatione der *Oberkeiten* confirmat, et in *Receſſu Auguſtano* de a. CIƆIƆXXXXVIII. §. 47. ſuperioritatis ius deſignatur vocabulo *Hohe Ober und Gerechtigkeit.* Hac appellatione itaque manifeſta ratione deſignatur ſublimis centenæ ius, Sereniſſimis Principibus, Electori Palatino et Landgrauio Haſſiaco, in Centenam *Habizheimb*, in qua Comitibus de LOEWENSTEIN non niſi inferior iurisdictio debetur, competentis, ceu euincit vetuſtum Inſtrumentum *des Saalbuchs* de a. CIƆIƆXXI. (p) in quo diſtinguuntur *die Vntergerichts Obrigkeiten,* quæ Comitibus Lœwenſteinenſibus tribuuntur, et *Hohe Obrigkeit*, quæ æquali ratione Domui Palatinæ et Haſſiacæ vindicatur.

F 3 §. XXVII.

(o) Apud LVNIG in Archiu. Imper. Part. Spec. Contin. II. Abth. IV. Abſatz 3. p. 710.

(p) Quod exhibetur in deductione Verſchiedener von Seiten Chur Pfalz dem Hauſe Heſſen Darmſtadt in der gemeinſchafftlichen Stadt, Ambt. und Centh Umſtadt zugefügter grauaminum in Beylagen lit. KK. p. 132. Habitzheim, Spachbrücken, Groſſ-Zimmern, Zeillart gehœren dem Grafen WOLFFEN von Lœwenſtein mit den Untergerichts Obrigkeiten. An allen hiervor geſchriebenen Orten haben beede Herrſchafften in gemein den Gülden Wein-Zoll, und alle hohe Obrigkeit. Was dieſe Flecken ſonſt vor Dienſtbarkeit zu Lœwenſtein ſchuldig, findt man bei der Stadt Umſtadt, als dem Oberhoff dieſer Orten. Dann die gedachte Oerter in Gerichts Sachen oder ſonſten andern Beſchwerungen dahin ſich beruffen, und appelliren müſſen, folgt auch, was ſie vor der Gemeins-HerrſchafftUmbſtadt, als ihrer hohen Obrigkeit fürzubringen und zu verbüſſen ſchuldig, vermœg nachfolgender Centh Articul --

§. XXVII.

EXACTIO HOMAGII QVANDO SVBLIMEM CENTENAM INFERAT?

Si homagium Centenæ Domino ratione *ſummi imperii* in territorio centenico, vel ſi eidem tamquam *Domino territoriali* vel tamquam ſupremo Centenæ Aduocato *dem Obriſten Vogt und Centh Herrn* præſtatur, præſtatio homagii pro teſſera ſubiectionis et argumento ſuperioritatis territorialis habendum. Imperio enim ſummo Statuum Imperii in territorio reſpondet *ſubiectio*, quæ cum iureiurando, quod *homagium* vocamus, confirmetur, *homagii præſtatio* continet confeſſionem ſubiectionis et ſuperioritatis. Idem valet de homagio, quod Statui Imperii, qua *domino territoriali* vel ſupremo Centenæ Aduocato exhibetur, cum ſub hac qualitate ſuperioritatem territorialem exerceat (§. XXVI.) (a). His poſitis determinationibus principii loco eſt illud, quod HERTIVS (b) tradit: *homagii præſtitionem*, Statui Imperii videlicet intuitu ſummi in territorio imperii factam, *eſſe ſubiectionis agnitionem et ſuperioritatis inſigne ac teſſeram.* Ex quo id colligitur, quod eius conſequens eſt, homagii præſtationem Statui Imperii, qui *ſupremus centenæ dominus* eſt, ratione *ſummi* in centena *imperii* factam arguere centenam ſublimem. Eiusmodi homagium eſt, quo ſubiectionem adſtringunt centenici ſubditi in *Palatinatu* his verbis conceptum (c): *Ihr die Centh Leuthe der Ober Stüber und Meckesheimer Centh, werdet geloben, und mit Hand gegebenen Treuen ſchwæren einen geſtabten Ayd zu Gott dem Allmæchtigen, dem Durchleuchtigſten Fürſten und Herrn - - - unſerm gnædigſten Herrn, Eueren alt*

(a) PFEFFINGERVS in Vitriar. illuſtrato Lib. III. tit. XIX. §. 9. lit. b. tom. IV. p. 10. LYNCKER de ſuperior. territor. p. 61.
(b) de ſubiectione territorial. §. 16.
(c) quod exhibet Dn. ALEF in cit. tractat. exeget. p. 8.

als des Landes Fürſten und Obriſten Centh Voigten, Getreu und hold zu ſeyn, ihrer Churfürſtlichen Durchl. Schaden zu warnen; deroſelben und des Landes Frommen, und Beſtes zu werben; aller ihrer Churfürſtlichen Durchleucht Centhgebott und Verbott, auch mit Nachfolge, und Dienſten, Gehorſam und Gewertig zu ſeyn, nach altem Herkommen auch, euch von ihrer Churfürſtlichen Durchleucht, und der Chur Pfalz nicht zuſcheiden; das gemeine Geſchrey in der Centh zu halten, und ob gewalthaetige Einfæll und Zugriff geſchehen, oder Feuer ausgienge, oder ein Waſſen, oder Mordgeſchrey kæme, daſſ ihr die Dinge verrathen, zur Stund aufgebiethen, und mit der Wehr aufſeyn, zur friſchen That nachfolgen wollet; nach beſtem Vermögen helffen retten, und wenden, ſolcher Miſſthaetiger, und Beſchædiger Vnterſtehen zu begreiffen, und zur Straff zu bringen: das auch zu Heidelberg einem Vogt, oder wer ihn zu Zeiten verweſet, verkünden; Item alle Obrigkeit, Herrlichkeit, Gebrauch, Recht und Herkommen, unſerm gnaedigſten Herrn, und Centh hand zu haben, die Centh und Landgericht zu gewæhnlichen Zeiten zu halten, zu ſuchen, was rugbar iſt, und dahin gehæret, zu rugen, und zu thun nach Ordnung, und altem Herkommen dieſer Centh; auch hohe und niedere Gefælle, Frevel und Bueſen zu erkennen, und zu weiſen, keiner unziemlichen Neuerung ſtatt zu geben, und gemeinlich zu thun, und zu halten, alles das Centh Leuthe ihrem rechten Cent Herrn, und Obriſten Centh Fürſten ſchuldig und pflichtig ſeyn, wie von Alters Herkommen iſt, ohne Gefæhrde - - - Idem homagium præſtant quoad Centenam *Lauterbachenſem* Nobiles Domini de RIEDESEL liberi Barones ab Eiſenbach Sereniſſimo Landgrauio Haſſo-Darmſtadino vi citati Receſſus Centenici de a. CIↃIↃCCXIII, art. II. *Leiſten Seiner Hoch Fürſtlichen Durchleucht und Dero Hoch Fürſtlichen Herrn Succeſſoribus im Regiment die von Riedeſel, reſpectiue Freyherrn zu Eiſenbach, gleich ihren Vorfahren,*

(iedoch

(*jedoch ohne Abbruch ihrer Reichs-Immedietæt* - - -) *das homagium reale et perſonale in Perſon, es wære denn daß einer oder der andere, durch ſonderbahre ohnvermeidliche und erweisliche Urſachen, daran behindert würde, da denn, ſo lang ſolches impedimentum fürwæhret, er zwar vor entſchuldiget gehalten, nach deſſen Ceſſierung ſich aber dennoch ohnverweigerlich einfinden, und den Eyd der Huldigung abſchwæren ſoll.* - - In centenis, de quibus pronunciationes ſcabinorum dedimus in appendice, ſubditi centenici Sereniſſimum Haſſiæ Landgrauium venerantur territorii Dominum *ihren gnædigſten Landesherrn und oberſten Voigt und Centh Herrn;* ideoque quod ipſi præſtant, eſt verum territoriale homagium. Eodem modo ſubiectionis fidem erga Sereniſſimos Principes, Electorem Palatinum et Landgrauium Haſſiæ, ſubditi *Centenæ Habizheimenſis*, quæ Centenæ *Vmſtadienſis* portio eſt, et ad Comites *Lœwenſteinenſes* pertinet. Formula homagii (d) de a. CIↃIↃXCIV. hæc eſt: *daß ſie alles das thun und laſſen wollen, was getreue Unterthanen, inſonderheit die Centh-Unterthanen, dem Herkommen nach, ihrem natürlichen Erb-Herrn von Rechts und guter Gewohnheit wegen zu thun ſchuldig ſeynd.* Amplior eſt altera de a. CIↃIↃCXII. et CIↃIↃCLXI. quæ præcedentem mox ſequitur in laudata *Repræſentatione ſtatus cauſſæ: daß ſie dem Herrn Landgrafen und Nachkommen* &c. *gehorſam und gewærtig ſeyn, Dero Frommen, Ehr, Nutzen und Beſtes færdern, Schaden warnen und wenden, auch nicht im Rath, vielweniger bey der That ſeyn wollen, da Seine Fürſtliche Durchlaucht etwas gehandelt oder vorgenommen wird, noch weniger ſolches thun oder Anlaß geben* - - *und ſonſten alles thun, was getreue Unterthanen ihrem Herrn und Landesfürſten von Rechtswegen zu thun ſchuldig.* Hæc verba vim ſubiectionis abunde exprimunt,

(d) quæ exhibetur in Repræſentatione ſtatus cauſſæ ex actis Lœwenſtein contra ChurPfalz und Heſſen.

primunt, cum I) fidem ſanxerint ſub qualitate ſubditorum, *der getreuen Unterthanen* eodem modo eademque homagii formula, qua reliqui Præfecturæ Vmſtadienſis ſubditi ſubiectionem profeſſi erant, eodemque proinde iure cenſendi, deinde quod II) ſe ad ea obſtrinxerint, quæ ſubditos domino ſuo et territorii principi præſtare par eſt: his autem verus imperii territorialis et ſubiectionis nexus conſtituatur; denique III) quod Principibus ſuis tamquam dominis territorialibus, *als ihren Herrn uud Landesfürſten* vel *ihren natürlichen Erbherrn*, homagium præſtiterint: homagium autem quod alicui præſtatur, vt territorii domino, ſublimem centenam arguit. Neque appellatio *des natürlichen Erb-Herrn*, quæ quidem in altera homagii formula *von Herrn und Landes-Fürſten* ſatis euidenter explicatur, cum dictione *des Erbherrn* ſeu iurisdictionalis domini, miſcenda: ſiquidem cum adiectitia vox *des natürlichen* dominum deſignat, quem velut natiuitatis iure ſuum agnoſcit ſubditus, einen natürlichen angebohrnen Landes-Herrn, tum vox *natürlicher Erbherr* opponitur dem *Lehn-Herrn* vel *Gerichts-Herrn*, qualis eſt Comes de Lœwenſtein per dictam centenam. (e)

§. XXVIII.

QVANDO EXACTIO HOMAGII CENTENAM SVBLIMEM NON ARGVAT?

Homagium, *Domino Centenæ* datum, qui *Status Imperii* non eſt, nec non homagium, intuitu ſolius *iurisdictionis centenariæ* præſtitum, *Centenæ*

(e) Unde monet LYNCKER loc. cit. p. 61. quod ſi opponitur Erbherr dem Lehns-Herrn, tunc ſuperioritatem notet poſitis terminis habilibus und einen Landes-Herrn. conf. KNICHEN de ſubl. terr. iur. cap. III. n. 250.

Centenæ ſublimis argumentum non eſt. Homagii vocabulum *generale* effectum eſt, et iuratam fidei et ſubiectionis promiſſionem complectitur. Cum vero ſubiectio imperio reſpondeat, ex *imperii ratione* determinatur, quale ſit homagium. Sed et imperii vox generalis eſt, cum ius præſcribendi aliis facienda deſignet. Præter ſummum in territorio imperium, ſeu territoriale, datur imperium, ſuperioritati territoriali *ſubordinatum*, pariter atque datur imperium vi *dominii*, quod quis in certo diſtrictu habet, vel vi *iurisdictionis patrimonialis* vel alterius iurisdictionis, tam iure *proprio* quam iure *magiſtratus* competentis. Datur ergo ſubiectio ſingulis imperii ſpeciebus reſpondens; quam prout iureiurando munire licet, oritur inde homagium, pro natura imperii diuerſimode determinatum. (a) Fac itaque Domino Centenæ, qui iure ſtatus imperii non fruitur, ius eſſe homagium exigendi; cum ei ſuperioritas territorialis competere nequeat, nec illius intuitu homagium præſtitum eſſe dici poteſt, ac proinde huius exactio *centenæ ſublimis* argumentum non infert, cuius et Dominus centenæ, qui ſtatus iure deſtituitur, incapax eſt. (§. XXV.) Eodem modo perſpicitur, longe abeſſe, vt homagium intuitu ſolius *iurisdictionis centenariæ* exactum, ſuperioritatem arguat, cum iurisdictio centenaria, iure proprio et patrimoniali competens, particulare ius ſuperioritatis territorialis ſit, et ſubinde in alieno territorio competat. Et vſus ac ratio centenarum in Franconia euincit, homagium, *die Centhpflicht*, quandoque in alie-

(a) Hoc ſenſu iusiurandum fidelitatis quandoque præſtari ſolet Domino iurisdictionem baſſam habenti, dem Erb und Gericht-Herrn. PFEFFINGERVS in Vitriario illuſtr Lib. III. tit. XIX. §. 9. n. b. Tom. IV. p. 9. et obſeruat LYNCKERVS de ſuperioritate territoriali p. 61. nonnullos Vaſallos et ſubditos Comitum Landſaſſiorum Dominis ſuis iurare alles was einem getreuen Lehn Mann und Unterthanen gegen ſeinen Lehen und Erb Herrn zu thun und zu leiſten oblieget.

alieno territorio exigi ab iis, quibus vel ad certa crimina vindicanda adſtricta vel ad omnia crimina punienda illimitata competit iurisdictio criminalis, et qui id præſtant, *ſubditos centenicos*, Centh Unterthanen, exinde appellari. (b)

§. XXIX.

DISCRIMEN HOMAGII INTVITV CENTENAE SVBLIMIS ET SIMPLICIS.

Quæ cum ita ſint, facile perſpicitur, quod inter homagium, intuitu Centenæ *ſublimis* exactum, et inter illud, quod intuitu centenæ *ſimplicis* præſtatur, intercedat diſcrimen. Illud ratione *ſupremi in territorio imperii*, hoc intuitu *iurisdictionis centenariæ*, quæ ſubinde vel priuilegio vel pacto ſpeciali in alieno territorio competit, illud Domino Centenico, qua *Domino territoriali*, *dem obriſten Centh Voigt*, hoc domino, qua *domino iurisdictionali* præſtatur; (§. XXVII.) illud ad omnia, quæ *ſalutem et ſecuritatem* territorii centenici concernunt, hoc ad ea tantum quæ *iurisdictionis* centenicæ exercitium reſpiciunt, obligationem inducit; illius intuitu ſubditi ad *omne obſequium* ratione territorii præſtandum, ſeu ex formula antiqua homagii in Centena Habizheimenſi ſuperiori Domino Centenico præſtiti, *alles zu thun, was getreue Unterthanen ihrem Herrn und Landes Fürſten von Rechtswegen zu thun ſchuldig*, (§. XXVII.) huius intuitu ſubditi centenici *die Centh Unterthanen* non niſi in iis, quæ dominum Centenæ vi *iurisdictionis* Centenariæ *præcipere* par eſt, obſequium exhibere obligantur. In hunc ſenſum ANDREAS KNICHEN (a) diſtinguit inter ſubditos, qui ſunt de territorio, et

 qui

(b) ANDR. KNICHEN de ſublimi territor. iure c. IV. n. 351. p. 60. et WEHNERVS in Obſeruat. Pract. p. 488.
(a) l. cit. c. IV. n. 355. p. 60.

qui priuilegio vel pacto ſpeciali in certis cauſſis agnoſcunt alium ſuperiorem. Vnde cum ſola vox *Centh Vnterthan* ambigua ſit, et ad vtramque et ſublimem et ſimplicem centenam pertinere queat: in formula homagii de a. CIↃIↃXCIV. in Centena Habitzheimenſi, egregie et maioris perſpicuitatis ergo, et ne qui ſubditi *territoriales* ſunt, pro iurisdictionatibus habeantur, ſubditi ad ea omnia ſe obſtringunt, quæ in genere fidelem ſubditum, *einen getreuen Unterthanen*, et in ſpecie ſubditum centenicum, *einen Centh Unterthanen*, facere par eſt, vt ſe non modo ratione iurisdictionis ſuperioris, verum etiam generatim ratione ſublimis imperii, Principi ſuo, *ihrem natürlichen Erb Herrn* ad parendum obligari ſcirent, intelligerentque.

§. XXX.

QVA RATIONE, SALVA CENTENA SVBLIMI, HOMAGIVM ALIIS PRAESTARI POSSIT.

Sublimis centenæ iura ſalua ſunt, etiamſi in territorio centenico, in quo ſuperiori Centenæ Domino homagium territoriale præſtatur, alteri ius, homagium ratione patrimonialis vel alterius cuiuscunque iurisdictionis exigendi competat. Cum enim hoc non ratione *ſuperioritatis territorialis*, ſed ex *diuerſa cauſſa* præſtetur, quæ vero diuerſa ſunt, ſe inuicem non tollant, ſalua quoque ſuperioritate et centena ſublimi id in eodem territorio ab altero exigi poteſt. Itaque etiamſi ipſi Domini de RIEDESEL, ratione Centenæ *Lauterbacenſis* Sereniſſimo Landgrauio Haſſiæ homagium territoriale præſtent, ipſis tamen in Receſſu de a. CIↃIↃCCXIII. §. VIII. permiſſa eſt *die Einziehung der Huldigung von den Hinterſaſſen nach dem formular von anno* CIↃIↃCLXXI. Eodem modo in centenis *Stuberiana* et *Meckesheimenſi*, in quibus ius ſubli-

ſublimis centenæ penes Electorem Palatinum eſt, nobilibus immediatis, den *Voigds Junckern*, ad quos pagi et prædia centenica pertinent, ius eſt homagium, *die Vogdei Pflicht* intuitu inferioris iurisdictionis, a ſubditis *denen Vogdeilichen Unterthanen* exigendi, veluti ſub hac formula (a): *Ihr Sæmtliche Unterthanen zu Eſchenborn - - - ſollet ſchwæren, daſſ ihr dem - - - als nunmehriger euren Vogdeylichen Obrigkeit, wollet hold, gehorſam und gewærtig ſeyn, deſſen Nuzen befordern, und Schaden abwenden; auch alles dasienige thun und verrichten, was getreue Vogds Vntertbanen gegen ihre Vogds und Gerichts Herrn von Rechts wegen zu thun pflichtig und ſchuldig ſeynd; alles getreulich und ohne Geverde, auch dem Zenthvertrag und wohlhergebrachten Chur Fürſtlichen hohen iuribus ohnnachtheilig.* Pari ratione quamquam centenæ Habitzheimenſis ſuperioritati et centenæ ſublimi Electoris Palatini et Landgrauii Haſſiæ ſubſit, eiusque ſubditi vtrique Principi *homagium territoriale* præſtent, tamen cum Comites de LOEWENSTEIN ab Electore Palatino, pro ea, quæ ad eum pertinet, parte Habizheimio et iurisdictione inferiori, *mit Vogdey und Gerichten* inueſtiti ſunt, illi ſaluo ſublimi territorii et centenæ iure a ſubditis exigunt, quod intuitu iurisdictionis Vogdaicæ præſtatur homagium, die *Erbhuldigung*, ſatis alioquin diſtinctum von *der Landes Huldigung: In Germania enim homagium quandoque præſtari domino iurisdictionem baſſam duntaxat habenti, dem Erb und Gerichts Herrn, trälatitium eſſe,* apposite ait PFEFFINGERVS (b), in eamque rem obſeruat HORNIVS (c), inter-

 dum

(a) Quam exhibet Dn. ALEF in tract. exeger. des Centhvertrags de a. CIϽIϽLX. p. 12.

(b) In Vitriar. illuſtrato Lib. III. tit. XIX. §. 9. n. b. tom. IV. p. 9.

(c) In iuris publici prudentia cap. LXI. §. 12. et LYNCKER de religione obſequii, §. 13.

dum illum, *qui ſuperioritate quidem territoriali caret in territorio, ſed tamen quædam regalia in alieno hæreditaria habet, exigere fidelitatem propter ea, quæ in ſenſu ſpeciali Erbhuldigung dicitur, et opponitur der Landes Huldigung.* Eiusdem indolis eſſe homagium, cuius recipiendi ius Comites de ERPACH in centena *Seeheim* exercent, in qua idem ratione territorii et ſublimis centenæ præſtatur Haſſiæ Landgrauiis, docte docuit acutiſſimus quondam ICtus IO. NICOLAVS HERTIVS (d): ſiquidem eiusdem centenæ ſubditi verum homagium ratione territorii et ſublimis centenæ Sereniſſimis Haſſiæ Landgrauiis præſtant.

§. XXXI.

IVS SVBLIMIS CENTENAE EXERCITVM OLIM IN IVDICIIS PROVINCIALIBVS.

Quæ generatim cum ex inſigniori appellatione *des Obriſten Centh Herrn und Centh Voigts* tum ex indole *homagii centenici* adſtruximus ſublimis Centenæ rationem, illuſtrior euadet, ſi eadem *illius* ac *ſuperioritatis territorialis* iura eſſe animaduertemus. Quemadmodum vero ſuperioritatis, ita et centenæ ſublimis maximum momentum agitur in ſupremo, quod ſtatui imperii competit, iure in *ſalutem et ſecuritatem territorii centenici* omnia dirigendi. Quod cum non minus iure *præcipiendi*, quæ commodo publico conueniunt, et quæ eidem aduerſa ſunt, *prohibendi*, quam *iudicandi* et facinoroſos *puniendi* iure ſeſe exſerat; omne illud ius vetuſto imperii ſtilo vocabulis *des Gebotts und Verbotts* denotari, et in *iudiciis prouincialibus* explicari ſolebat. Eiusmodi iudicia ſtatus imperii in ſuis ſinguli prouinciis inſtituebant, eaque *prouincialia placita, placita*

(d) In Reſponſ. et conſil. Reſp. LVI. n. 1. et 10. p. 135. et 136.

placita communia, Landthing, Landgericht, hohe Landgericht, Landvogteien appellare ſollemne erat. (a) Habebantur in mallo campisque locisque publicis: præerat ſubinde ipſe prouinciæ princeps vel eius vicarius, conueniebant iudices, aſſidebant ſcabini, confluebant cuiuscunque dignitatis ciues hominesque liberi, vt adeo conuentus eſſent ampliſſimi, quales adhuc ſeculo XV. paſſim habitos eſſe, obſeruauit SCHANNATVS (b). Ratio eorum non modo hæc erat, vt ius diceretur litesque dirimerentur, verum etiam vt quæ ad *Statum prouinciæ publicum* pertinere viderentur, ibi tractarentur et præciperentur. Egregie obſeruauit ill. Es. FRIDERICVS PVFENDORFIVS (c), hanc olim *legum ferendarum et promulgandarum* rationem fuiſſe, vt quo omnibus innoteſcerent, et fideli memoria ſeruarentur, publice *in iudiciis prouincialibus* recitarentur. Hanc in Ducatu Luneburgenſi et Brunſuicenſi vſitatam rationem diplomate agnouit Sigismundus Imperator (d): *Ordinatumque per Duces Luneburgenſes ab olim extiterit quod ad publicationem et inſinuationem libertatis et obſeruantiæ prædictorum, ne ipſarum ignorantia prætendi poſſit, ſingulis annis in iudicio dictorum principum peremtorio in Luneburg, quod proprie Eddach dicitur, ter in anno cum huiusmodi iudicia de more ibidem celebrantur et vbi multitudo tam indigenarum quam extraneorum conuenire dicuntur, publicari et pronunciari conſueuerint.* Quæ itaque ex ſalute et ſecuritate prouinciæ erant, vel eidem aduerſa præcipiebantur et prohibebantur: vnde in eisdem

(a) Hoc multorum teſtimoniorum apparatu docuit Vir in antiquitatibus Germanicis verſatiſſimus CHRIST. VLR. GRVPEN in diſceptat. forenſ. Obſ. II. de iudiciis prouincialibus pag. 655. et ſequ.

(b) in append. tradit. Fuldenſ. de Buchonia vet. pag. 328.

(c) de iurisdict. Germ. P. II. Sect. II. cap. II. §. 164.

(d) apud REHTMEIERVM in Chron. Brunſuic. et Luneb. p. 705.

dem exercebatur *Geboth* und *Verboth.* Vim iſtius formulæ luculenter explicat, quod illuſtris SENCKENBERGIVS (e) publici iuris fecit, inſtrumentum notariale de iure foreſtarii ſuperioris Landgrauio Haſſiæ contra Naſſouicos in Marca Bingenheimenſi aſſerto de a. CIↃIↃLIV. ibi: *Dieweil Naſſaw kein Obrigkeit, Gebott, Verpott und die Ubertbæter nicht zu ſtraſſen gehabt: Dieweil aber die Landgraven zu Heſſen in der Fuldiſchen und Bingenheimer Marck alle hohe und niedere Gericht, Gebott und Verbott haben, ſo ſeye der Landgrave damals angerufen und gebeten Oberſter Mercker zu ſein:* et paullo poſt: *darauf haben die Eltiſten --- nach gehabten Bedacht zur Antwort gegeben, und geben Kundſchafft und Bericht, ſy hettens zuvor geſagt, und ſagtens noch wie zuvor; Dieweil Naſſaw nichts zu gebieten, nicht zu richten, und nicht zu pfanden habe -- ſo ſeien die Fürſten zu Heſſen zugelaſſen worden, als ſo weit ſich die Fuldiſche Marck erſtrecket, alle Obrigkeit, auch alle Gebott und Verbott uff und abzuthun haben.* Ius prohibendi et præcipiendi vel ipſe princeps prouinciæ exercebat, vel eius præcepta ex eius auctoritate iudex prouincialis promulgabat, ac reuocaturus in ſubditorum memoriam iura legesque ac conſuetudines ex more ſollemni quærebat a ſcabinis: *Ich frage, was ich auf dieſem Churfürſtlichen Landgericht gebiethen und verbiethen ſolle? Antwort: Haſſ und Scheltwort* &c. (f) Præter ea, quæ ad ordinationem ſtatus publici et legum ferendarum ac promulgandarum rationem pertinebant in iudiciis prouincialibus iurisdictio tum ciuilis tum criminalis explicabatur: Vnde apud veteres deſcribitur *iudicium prouinciale ſcilicet homicidii, vulneris, effuſionis ſanguinis, rapinæ, furti ſeu in violenta oppreſſione virginum et mulierum, confractione domorum*

(e) In ſelectis iuris et hiſtor. anecdot. tom. II. p. 447. et 449.

(f) Formulam ſuppeditat Dn. PVFENDORF l. c. §. 167.

rum, et in aliis cauſſis, criminalibus et ciuilibus quibuscunque. (g) Ciuilibus cauſis inferioribus iudiciis relictis, et inferiori iurisdictione a multis patrimoniali iure adquiſita, præcipua horum iudiciorum poteſtas tam in *criminibus* vindicandis quam *in mulctis* et *emendis* imperandis conſiſtere cœpit. (h) Quæ res locum fecit appellationi der *Land* und *Centhgerichte*, cum centenaria iurisdictio inprimis ſuperior eſſet.

§. XXXII.

IN IVDICIIS PROVINCIALIBVS CENTENICIS EXERCEBATVR I. IVS LEGISLATORIVM.

Quæ de iudiciis prouincialibus præmiſimus, vel maxime ad ſublimis Centenæ rationem perſpiciendam facere videntur: quidquid iuris enim Status Imperii in iudiciis prouincialibus exercebant, id ad *centenam ſublimem* referri in ſcabinorum centenicorum pronunciationibus videmus. Præcipua Sereniſſimi Landgrauii Haſſo Darmſtadini in territorio centenico hæc iura eſſe profitentur Scabini, verbi cauſſa in Centena *Pfungſtatt* (a) weiſt der Bergſchœffe --- *unſern gnædigſten Fürſten und Herrn ein Obriſten Vogt und Herrn dieſes Centh und Landgericht, ſo weit dieſelbe gehet, über Hals und Haupt, über Waſſer und Wayde, habe zu gebiethen und zu verbiethen Hohen und Niedern, vnd darein zuſezen und zu entſezen, auch Gebott hohe vnd niedere zu machen, nach ihro Fürſtlichen*

(g) Vid. diploma Ottochari Bohemiæ Regis et Ducis Auſtriæ ac Carinthiæ, quo ſupremam iurisdictionem in prædia eccleſiæ Friſingenſis in Carinthia ſita, dimittit apud CAROL. MEICHELBECKIVM in hiſtoria Friſingenſi tom. II. P. II. in Cod. inſtrument. n. 124. p. 75. Conf. Dni Præſidis diſſ. de Prouocat. iur. Germ. c. II. §. 2. p. 56.

(h) Rem omnem docte inſtruxit Dn. GRYPEN l. c. p. 677. et 680.

(a) in append. N. II. §. 1.

lichen Durchlaucht wohlgefallen. Ratione iuris, Sereniſſimo Principi in centena *Zwingenbergenſi* competentis, pronunciat ſcabinus: (b) *Daſſ unſer gnædigſter Fürſt und Herr, dieſer Zwingenberger Centh oberſte Herrſchafft und Gebott habe über Hals und Haupt, über Leib und Leben, über Ehr und Glimpff, und über alle centhbare Sachen, habe auch Gebott und Verbott zu machen, hoch und nieder, über Waſſer und Wayd, und moege in dieſer Centh alle Landgraben, Flurgraben und Bæche wenden und kehren nach Nuz und Nothdurfft ihres Landes, und nach ihro Hochfürſtlichen Durchlaucht willen.* In his fere conſpirant, quas in appendice dedimus ſcabinorum centenicorum pronuntiationes. Primum quod ſupremo Centenæ Domino et Aduocato in iudicio prouinciali vindicatur, eſt ius omnis generis *legum* pro eius arbitratu et pro bono publico *ferendarum ius, hohe und nieder Gebott und Verbott*, per totum territorium centenicum, *ſo weit das Land und Centh Gericht gehet*, ſeu quod idem eſt cum aliarum probationum formulis: *als weit der Ring dieſer Centh gehet*, (c) vel *ſo weit dieſe Centh begriff hat*, (d) idque ius tribuitur *über Waſſer und Wayde*; (e) quæ vetuſta eſt formula, deſignans ipſum diſtrictum ſeu ipſa prædia cum pratis, paſcuis, paludibus, ceſpitibus, aquis aquarumque decurſibus, ceu alioquin in antiquis inueſtituræ et conceſſionum litteris exprimi ſolet; vel vt in *Centh Weiſthum der Ober-Ramſtætter Centh* (ee) exprimitur, *über Waſſer, Winde und Wayde*, hoc

ſenſu

(b) In append. N. VIII. §. 1.
(c) In Weiſsthum der Ober Ramſtætter Centh in append. N. III. §. 1.
(d) In Weiſsthum der Gerauer Centh. N. V. §. 1.
(e) Sic quando in eodem territorio alter habet proprietatem, alter iurisdictionem, priori aſſeritur Waſſer und Wayde. WEHNERVS in Obſeruat. pract. p. 503. et MEISCHNER Symphorem. tom. II. P. II. deciſ. 4. n. 212.
(ee) in append. N. III. §. 1.

ſenſu, vt cuiuscunque generis ſint bona territorii centenici, illa ſubſint ſupremo de eisdem ex bono publico ſtatuendi, præcipiendi et prohibendi iuri. Vnde Centenæ Supremo Domino ius leges pro iuſto arbitratu figendi et refigendi tribuitur, *Gebott in der Centh hoch und nieder zu ſetzen und zu entſetzen, und alle andre Obrigkeit zu thun nach dem Wohlgefallen* (f). Ipſæ Scabinorum pronuntiationes docent, iura, quæ ſcire vel maxime ſubditorum intererat, eum in finem in totius populi conuentu propoſita et recitata eſſe, vt ciues, quos iudiciis Prouincialibus intereſſe oportebat, (g) ſe præmunirent, ne contra principis ſui agerent voluntatem. Eædem euincunt, ex ſcabinorum ſententia definita et ad principis ceu ſupremi Centenæ aduocati iura relata eſſe, quæcumque pertinent ad prouinciam bene ordinandam, ad molendinorum ius, (h) ad ius fluminum publicorum, (i) ad ius ponderum et menſurarum, (k) ius pontium (l), ius viarum publicarum, (m) aliaque, quæ ad politiam publicam referri poſſe videntur.

§. XXXIII.

II. IVRISDICTIO SVPERIOR OMNIMODA.

Alterum quod ſupremo centenæ Aduocato ex natura et indole *iudicii prouincialis*, *des hohen Land und Centhgerichts* vindicatur, eſt ſu-

(f) Erfelder Centh Weiſsthum in app. N. IV, p. 9.

(g) Erfelder Centh Weiſsthum l. c. ibi: daſſ ein ieglicher Gemeins Mann des Dorffs das Gericht ſuchen ſolle, ſonder Intrag; und welcher ſolches nicht thæte, der iſt meinem Gnædigſten Fürſten und Herrn verfallen vor ein Helbling und 3. Pf.

(h) Arheilger Centh Weiſsthum in append. n. I. §. 15. Pfungſtädter Centh Weiſsthum. n. II. §. 4.

(i) ibid. §. 1. Erfelder Centh Weiſsthum N. IV, p. 10. Gerauer Centh-Weiſsthum §. 8. 9. &c.

(k) ibid. N. IV. p. 16.

(l) ibid. n. II. etc.

(m) Arheilger Centh Weiſsthum §. 11.

prema iuriſdictio et omnimoda, ſupremum illud ius, cuius iuſto exercitio ſalus et beatitudo ciuilis territorii continetur, cuius iuſtiorem adminiſtrationem ex Germanorum more cum ipſi *Principes* in publico populi conuentu ſubibant, tum eamdem aliis demandabant. In his æque cauſſæ criminales tractatæ et vindicatæ, ac cauſſæ ciuiles per *prouocationem* vel querelam denegatæ et protractæ iuſtitiæ ab inferioribus terræ iudiciis ad illa delata ſunt. (a) Ad iura ſupremi centenæ aduocati primo referunt ſcabini centenici in ſuis pronuntiationibus *das Centh und Landgericht über Hals und Haupt*, quod alioquin *iudicium ſanguinis, der Bluthbann* vocari ſolet. (b) Amplior eſt formula, qua ſcabini ratione Centenæ Zwingenbergenſis (c) Principi ac Centenæ Domino tribuunt *oberſte Herrſchafft und Gebott über Hals und über Haupt, über Leib und Leben, über Ehr und Glimpff*, hoc ſenſu vt æque in maioribus ac minoribus delictis, ſiue vitæ ſiue honoris iactura vindicentur, iuriſdictio competat. Deinde in ſingulis ſcabinorum centenicorum pronuntiationibus ſupremo Aduocato ius mulctas ſeu emendas exigendi tribuitur. Moris vetuſti diuque ſeruati apud Germanos fuit, leges cuiuscunque generis, ciuiles quoque, quo earum ſanctior vis et auctoritas eſſet, muniri pœna pecuniaria, in earum transgreſſores ſtatuta, quam ſtilo

anti-

(a) de hac prouocatione ad iudicia prouincialia egit Dn. PRAESES in diſſ. de prouocationibus iuris German. cap. II. §. 5. p. 79. et ſeq. Eamdem euincit Charta Rudolphi Imp. de a. CIↃCCLXVII. apud Meichelbeckium loc. cit. in Cod. Inſtr. p. 82. **Nullus prouincialis** vel alius Iudex quicunque in poſſeſſiones bona et homines epiſcopi aliquid iudicium exercere debeat, niſi ipſe Epiſcopus vel eius Officialis, ſuper exhibenda iuſtitia primitus requiſitus, **negligens** fuerit vel remiſſus.

(b) Hæc formula fere in ſingulis occurrit ſcabinorum pronuntiationibus, quas dedimus in appendice.

(c) Weiſthum der Centh Zwingenberg, in append. N. VIII. §. 1. conf. Weiſthum der Centh Jugenheim N. VI. §. 1.

antiquiori *Wetten*, nouiori vero et procul dubio, ab eccleſiaſticis iudiciis ad ſecularia traducto, *Buſſen* vocant. Prouinciæ principis, cuius et legum in iudicio prouinciali ferendarum ius erat, pœnas quoque et ſtatuendi et exigendi ius fuerat. Vocantur mulctæ vel emendæ, non minus pro maiori et minori pecuniæ, quæ pœnæ nomine indicitur, quantitate, quam pro admiſſorum ratione, diuiſæ in *ſchlechte Buſſ*, *Frevel Buſſ*, *högſte Buſſ*, *und die zu des Herrn Gnad geſtellt wird.* Quæ ad ſingulas ſpecies pertineant, patet non minus in ſpecie ex *Centenæ Mœrfeldenſis*, (d) quam ex reliquarum centenarum ſcabinorum pronuntiationibus, in appendice propoſitis, in quibus fere ſingulis, quæ ſanciuntur, mulcta muniuntur, cuius pars maior Principi, pars minor iudici obueniebat.

§. XXXIV.

RATIO INDE INVALESCENTIS SVPERIORITATIS TERRITORIALIS IN CENTENA.

Cum in legum ferendarum et ſuprema iudicandi poteſtate, quam in *iudiciis prouincialibus* ab Imperii Statibus explicatam eſſe ſcimus, ſuperioritatis territorialis vis vel maxime vertatur: quid ſane euidentius eſt, quam ſollemni formula *des hohen Landgerichts, des hohen und niedern Gebotts und Verbotts* Statui Imperii vindicari, quæ nouiori æuo inde prouenit, *ſuperioritatem territorialem.* Supremo enim in ſalutem territorii omnia dirigendi iure, *des hohen Gebotts und Verbotts*, ex Campo ad Palatia Principum translato, iuriſdictione ſuperiori ex mallo in iudicia criminalia reuocata, iudiciorumque prouincialium vix imagine vel vmbra ſuperſtite, manſit tamen vetus appellatio ad denotandum, quod inde na-

(d) Moerfelder. Centh Weisthum, in append. N. VI. a pag. 13. usque ad pag. 17.

tales duxit, ſublime territorii ius: ſiquidem et ſolo *iurisdictionis* nomine ſuperioritatem territorialem ſubinde denotari vidimus (§. XX.) (a). Et docet antiquior ac recentior formulæ *des Gebotts und Verbotts* vſus, eam ad ſublime illud ius deſignandum vſurpari. Hunc ſignificatum fert in Imperatorum diplomatibus, quibus iura ſublimia verbis *mit Gebotten und Verbotten* Statibus Imperii indulgentur (b). Idem inde natæ voces *des Gebieths*, territorii, *der Ober Herrlichkeit und Gebieth*, (c) ſuperioritatis territorialis, nec non *der Bothmæſigkeit* comprobant. (d) Quod adeo verum eſt, vt ex vſu hodierno Franconiæ ſoli *aduocatiæ immediatæ*, quæ dum Statibus Imperii competit, ſuperioritatem territorialem inuoluit, ſub appellatione *des Gebots und Verbots* vindicetur ius legislatorium (e),

et

(a) Adprime eam in rem iudicat vir illuſtris Io. DANIEL GRVBERVS in præfatione, omni doctrinæ genere exornata, ad Part. III. der Zeit und Geſchicht Beſchreibung der Stadt Gœttingen §. XXII. n. 56. p. 113. Aus der Schuzgerechtigkeit, Gerichtbarkeit und Lehens Herrlichkeit hat ſich mit der Zeit die Landes Hoheit ausgeſponnen, welche man gar zeitig das dominium terræ genennet hat. Dieſe hat nach und nach alle Kayſerliche Rechte in den Prouinzien verſchlungen.

(b) Exemplum eſt in diplomate CAROLI V. de a. CIↃIↃXXX. quo Comites Fuggeros inueſtiuit apud LVNIGIVM in Archiv. Imper. Part. Spi Cont. II. Abth. 6. Abſ. 29. p. 450.

(c) vid. IVST. SINOLD. SCHVTZII Vol. I. Colleg. publ. exercitat. 6. §. 4. p. 350.

(d) Capitulatio nouiſſima art. XV. §. 2. ibi: Keine mit oder ohne Mittel vnterworffene Vnterthanen - - von deren Botmæſigkeit und iurisdiction - - eximiren.

(e) BESOLDVS in theſ. pract. voce Landes Obrigkeit. Auctor actor. Lindauienſ. p. 88. WEHNERVS in Obſeruat. pract. p. 489. et Deductio: ob das ius affigendi literas patentes der Centh oder Fraiſch oder vielmehr der Vogthei vnd territorial Herr ſich mit Beſtand Rechtens zuzneignen habe p. 24. et 25. cuius deductionis auctor eſt ROESLERVS, ordinis equeſtris in Franconia Conſiliarius.

et centenæ *ſimplici*, ad coërcenda crimina comparatæ, vbi hæc cum illa in territorio concurrit, negetur.

§. XXXV.

RATIO LEGISLATORIAE POTESTATIS INDE CVM CENTENA SVBLIMI CONNEXAE.

Quando itaque Statui Imperii tamquam ſupremo Centenæ Domino, *dem Obriſten Centh-Herrn vnd Centh Voigt*, per territorium centenicum intuitu ſubditorum et rerum tribuitur *das Gebott und Verbott*, eo ipſo ius ſummum omnia in territorio centenico ex eius ſalute et ſecuritate dirigendi, ac per hoc ſuperioritas territorialis ſeu *centena ſublimis* aſſeritur, vi eius ius leges ferendi, mandata edicta promulgandi et affigendi, inhibitionesque decernendi ſuprema centenæ aduocato competit. Hoc argumentandi genere vtitur HERTIVS (a), quando Sereniſſimis Haſſiæ Landgrauiis ius ſublimis centenæ in *Seeheim*, quæ nexu clientelari ad Comites de ERPACH pertinet, vindicaturus ex formula des *Centh Weiſsthums*, in qua Centenæ domino, dem Obriſten Faudt vnd Herrn vindicatur ius *auch Gebott hohe und niedere zu machen und zu ſetzen, ohne Schaden andrer Herrn und ihren Zinſen und Güthern*, deducit ius legum ferendarum in cauſſis maioribus. Hoc ſupremum ius legislatorium ratione Centenæ Lauterbachenſis Haſſiæ Landgrauiis diſerte vindicatur, (b) huiusque poſſeſſores Domini de RIEDESEL tenentur *die Landes Verordnungen von Ihro Hochfürſtlichen Durchlaucht als Landesfürſten und dero Nachfolgern im Regiment iedesmahl ohnverweigerlich anzunehmen, auch ohne einigen Eingang und Schluß in ihrem*

Nah-

(a) in Conſil. et reſponſ. N. LVI. n. 4. p. 135.

(b) in Receſſ. de a. CIϽIϽCCXIII. §. 5.

Nahmen dabei zu machen und zu ſetzen, ſondern blos, wie ſie durch reſcripta ihnen zukommen werden, unweigerlich zu publiciren, zu affigiren, und darüber halten zu laſſen. De centenis, quæ parent Electori Palatino, et in quibus plures nobiles immediati Vogdaici caſtra et prædia poſſident, hoc probauit Dn. ALEF, (c) Electori tamquam ſupremo centenæ aduocato idem ius competere. Quæ cum ſatis euincant, cum ſublimi centena connexum eſſe legum ferendarum ius; recte inde conficitur, vt quoties Statui Imperii ſublimis centena competit, qualis competit ei, qui ſupremus centenæ dominus et aduocatus eſt, et cui homagii territorialis nexu centenæ ſubditi iuncti ſunt, (§. XXVII.) toties competat leges ferendi et mandata per centenam promulgandi et affigendi poteſtas. Hoc præcipuum centenæ ſublimis ius eo illuſtrius et magis perſpicuum redditur, quo magis conſtat, *ſimplici* centenæ, ad coërcenda tantum crimina comparatæ, iure et merito negari, leges ac mandata, quæ publicam ſalutem concernunt, promulgandi ius, quod vlterius perſequi facile ſuperſedemus, cum de *iure affigendi publice mandata vogteiæ immediatæ contra centenam*, ſimplicem videlicet, *aſſerto*, docte diſputauerit eximius quondam ICtus IOANNES BALTHASAR DE WERNHER.

§. XXXVI.

QVANDO FORMVLA DES GEBOTTS VND VERBOTTS CENTENAM SVBLIMEM NON INFERAT.

Si quod formula *des Gebotts und Verbotts* continetur, præcipiendi, prohibendi legesque ferendi ius ei, qui *Status Imperii non eſt*, vel ſi idem duntaxat ratione ſolius *iurisdictionis Vogdaicæ* competit, id neque

(c) in tract. exeg. des Centhvertrags de a. 1560. p. 12.

neque ſuperioritatem territorialem neque *Centenam ſublimem* arguit. Principio enim qui iure ſtatus non gaudet, nec ſublimis centenæ capax eſt. (§. XXV) ac proinde, quodcunque ei ſub prædicta formula competit ius, *alio* quam ſuperioritatis territorialis *titulo*, veluti vi conceſſionis, priuilegii, vel ſpecialis pacti exercet. Deinde appellatio, des Geboths vnd Verboths, nonnumquam in *generali* ſenſu vſurpatur, (a) ſiquidem et qui iurisdictione pollet, ad iudicium vocandi et citandi ius habet, quod veteribus ſubinde *Geboth*, *mannitio*, præceptum, et *Botding*, (b) indictum iudicium dicitur, pariter, atque de rebus, ad ſuam iurisdictionem pertinentibus, ſtatuere, præcipere ac prohibere poteſt. (c) Quod cum longe diuerſum ſit a iure ſupremo in territorio centenico de omnibus ex ſalute publica iuſto arbitratu iubendo et prohibendo ſtatuendi, quod centenæ ſublimis et ſuperioritatis ius eſt: longiſſime abeſt, vt a facultate des Geboths und Verboths, quatenus ſoli *Vogdaicæ* vel alteri cuicunque iurisdictioni tribuitur, ad centenam ſublimem poſſit argumentum duci. Ex quibus quantum inter ſublimem centenam, cui figendi et refigendi leges, *das hohe und niedere Gebot und Verbot zu ſetzen und zu entſetzen*, ſpeciatim tribui ſolet, et inter nudam iurisdictionem Voigdaicam intercedat diſcrimen, ſua ſponte intelligitur.

§. XXXVII.

(a) vid. WEHNERVS in obſ. pract. p. 156.

(b) vid. doctiſſ. GRVPEN in diſcept. forenſ. obſerv. II. von Landgerichten und Botding p. 671.

(c) Si res Germanorum cum moribus Romanorum contendere licet, magiſtratus Romanorum pro ſua vnumquemque iurisdictione edicta propoſuiſſe conſtat, ceu pluribus euictum dedit B. HEINECCIVS ad Edictum perpetuum inter Opuſc. Poſthuma p. 36.

§. XXXVII.

QVATENVS IVS DES GEBOTS VND VERBOTS, TERTIO, SALVA CENTENA SVBLIMI, COMPETERE POSSIT.

Ius ordinationes et ſtatuta in *certis cauſſis* condendi, alteri in centenico territorio, ſalua ceteroquin ſublimi centena, acquiri et conſtitui poteſt; cum idem et ſalua ſuperioritate territoriali competere ſoleat, pacto vel obſeruantia vel priuilegiis legem dantibus ſuperioritati et Centenæ ſublimi. Sic Dominis de RIEDESEL in Centena Lauterbachenſi (a) integrum eſt, *Gerichts und particular Policey und andere Verordnungen machen und publiciren zu laſſen, ſo weit ſie die denen von Riedeſel und reſpective Freyherrn zu Eiſenbach competirende Gerechtſame und Renthen concerniren, und ſie als Landſaſſen und ihre Hinterſaſſen allein angehen*, ſaluo tamen in omnibus Sereniſſimorum Haſſiæ Landgrauiorum ſublimi territorii et Centenæ et legum præſertim prouincialium ferendarum iure. (§. XXXV.) Nobilibus immediatis Vogdaicis in *Centenis Palatinatus* id præcipuum ius eſt, vt leges prouinciales ab Electore latas in ſuis quisque prædiis caſtrisque *ſuo nomine promulgandi*, nec non in cauſſis minoris momenti *ordinationes* faciendi iure fruantur. (b) Ceterum quoniam illud ius ſtatuendi et præcipiendi non niſi ſubordinate competere poteſt, ita exercendum eſt, ne ſublimis centena violetur: contra vero quando idem illud ius ſtatuendi in certo cauſſarum genere ſemel iuſte adquiſitum ſit, ſublimis centenæ iura ita temperanda ſunt, ne et illud minuatur et labefactetur.

§. XXXVIII.

(a) Cit. Centenicus Receſſ. de a. CIƆIƆCCXIII. §. 10.

(b) Vid. Centvertrag de a. CIƆIƆLX, apud Dn. ALBY, l. c. p. 19. et 28.

§. XXXVIII.

SVPERIOR IVRISDICTIO ET APPELLATIO EST PENES DOMINVM CENTENAE SVBLIMIS.

Quæ vi centenæ ſublimis competit iurisdictio, tum ex natura *ſuperioritatis*, cum Centena connexæ, tum ex indole *iudiciorum prouincialium*, quorum iurisdictio ſuprema fuerat, ac in omni cauſſarum criminalium et ciuilium genere per totam prouinciam competens, et *ſuprema* eſt et *vniuerſalis*. Si quæ ergo in territorio centenico penes alios eſt iurisdictio, non niſi *ſubordinate* competit, ſalua ad ſupremum Centenæ Aduocatum *appellatione*, ſiquidem id ſuperioritatis territorialis (a) et iudiciorum prouincialium, ad quæ ab inferioribus iudiciis prouocatio erat, ratio poſtulat. (§. XXXIII.) Quæ ad Comites de Lœwenſtein pertinet Centena Habitzheimenſis, iudicium ſuperius, quod *Vmſtadii* eſt, vtriusque Palatini et Haſſo-Darmſtadini auctoritate conſtitutum, agnoſcere ſuperius *appellationis tribunal* tenetur. Vocatur *der Oberhoff zu Vmſtadt*, eiusque ratio in *ſententia arbitrali* REINHARDI Epiſcopi ſuper *Centena Vmſtadt de a.* CIↃCCCCLXXVIII. huic diſſertationi n. x. ſubiuncta ita definitur. *Wann zwo Parthy in der Zent ſpennig werden, ſoll der Cleger dem Antworter in ſin Gericht nachfolgen, und ſo ſie mit Urthel entſchiden werden, bedüncke dann ein Teil, daß er beſchweret ſy, mag er ſich ſolcher Urteil geyn Umſtadt an Oberhof berufen.* De curiis ſuperioribus, *denen Oberhöffen*, præclara ex antiquitatibus Germaniæ expoſuerunt ENGELBRECHT (b), SCHOEPF (c) et Celeberrimus HARPPRECHT

(a) PFEFFINGER in Vitriar. illuſtr. Lib. III. tit. VI. §. 30. tom. III. p. 1193.

(b) CHRIST. IO. CONRAD. ENGELBRECHT de ſeruit. iur. publ. Sect. II. Membr. II. §. 12. p. 105. ſequ.

(c) CAROL. FRIDER. SCHOEPFE. in progr. de Sagibaronibus in Mallobergiis, p. 7. vbi ſimul de curia ſuperiori, quæ Suenofurthi eſt, agit.

PRECHT (d), qui per illas intelligunt collegia, quorum ſententiæ in cauſſis controuerſis decidendis expetebantur. Ita quidem fert *communis* curiarum ſuperiorum ſignificatus, vſu deinde *prolatus* ad ſuperiora *appellationis iudicia*, quibus alia ſubordinata. Curia ſuperior Vmſtadienſis non *conſultationis* fuerat, ſed *appellationis* iudicium, ad quod inferiorum iudicum ſententiis onerati, vi excitatæ Sententiæ Arbitralis, appellationem interponebant. Inter vtriusque generis iudicia inſignis intercedit differentia, quod *Oberhöffe*, quoad tantum *conſultationis* erant iudicia, iurisdictione deſtituerentur, quæ eſt penes hæc, quoad vera ſunt *appellationis* iudicia; quod illa ideo tantum *conſultarentur*, ab his *ſententiæ* expectarentur (e); porro quod ad illa cauſſa ex *libero arbitrio*, compromiſſo vel ex iurisdictionis prorogatione deuolueretur, ad hæc autem vi *ſubordinatæ iurisdictionis* eundum eſſet; denique quod ad illa *non* vera interponeretur appellatio, nec compulſoriales, nec inhibitoriales, nec appellatorii proceſſus ab illis decerni poſſent, ſed eorum *iudicia* et *reſponſa* tantum requirerentur (f), contra vero ad hæc *vera appellatio* cum omnibus iuris effectibus interponeretur. Horum cenſu habendum eſt tribunal appellationis, der *Oberhoff zu Umſtadt*, in quo Elector Palatinus et Landgrauius Haſſo-Darmſtadinus ſuperiorem explicant iurisdictionem, iisdem aſſertam *in Umſtadter Saalbuch* de a. CIↃIↃXXI. vigore *der Gemeinsherrſchafft Umſtadt und hohen Obrigkeit*. In Umſtadienſis centenæ portione vero, videlicet in centena Habitzheimenſi,

(d) CHRISTOPH. FRIDER. HARPPRECHT in diſſ. de curiis ſuperioribus in Germania, quam dignam cenſuit ill. IO. IAC. MOSERVS, vt insereret Syntagmati diſſertat. ſelectior. p. 425.

(e) Dn. HARPPRECHT l. c. th. 6. et 7.

(f) vid. ENGELBRECHT. l. c. p. 209. et Dn. Præſidis diſſ. de prouocat. iur. German. c. II. §. 7. pag. 98. et ſequ.

menſi, et quæ huic ſubſunt, villis *Habitzheim, Spachbrücken*, *Groſſen Zimmern* et *Zeillart* Comitibus *de Lœwenſtein* tribuuntur *die Untergerichts-Obrigkeiten,* quibus reſpondet formula (g), *der Vogtey und Gerichten,* in litteris inueſtituræ eorumdem obuia. Ratione iſtorum locorum Umſtadium vocatur der *Oberhoff dieſer Orten: Dann dieſe Oerter in Gerichts-Sachen, oder ſonſten andern Beſchwerungen dahin ſich beruffen oder appelliren müſſen-* Huius iudicii appellatorii iurisdictio adeo fundata eſt, vt violatæ iurisdictionis pœnam ſentiret, qui, præterito eodem, ad alium iudicem prouocaſſet, idque inter cauſſas Centenicas, *Centhfælle*, mulcta vindicandas, numeraretur, *ob einer unrecht Urteil erhalten an einem andern Gericht, und daß die den Oberhoff verachten* (h). Eadem eſt ratio reliquarum centenarum, in quibus Sereniſſimi Principis in appellatorio agnoſcitur iurisdictio, et quæ dominis iurisdictionalibus in iisdem competit iurisdictio, non niſi ſubordinata eſt. Sic v. c. in Centena Lauterbachenſi a iudiciis dominorum de Riedeſel cauſſæ ciuiles per appellationem ad Haſſiæ dicaſteria deuoluuntur. (i)

 §. XXXIX.

(g) De huius formulæ ſignificatu præſertim in Haſſia conſultus HERTIVS ex vſu Haſſiæ reſpondit, inferiorem denotare iurisdictionem das Erbgericht, præſertim vbi opponitur ſuperiori, dem Obergericht oder Centh, ceterum Vogteiam præſertim eam inferioris iurisdictionis ſpeciem complecti, quæ competit nobilibus in ſuos colonos, vel beneficiarios. vid. Hertius Reſp. 501. p. 807.

(h) Vid. articuli centenici inſerti Repræſentationi ſtatus cauſſarum ex actis Lœwenſtein contra Chur Pfalz und Heſſen. n. 19.

(i) Receſſ. cit. de a. CIƆIƆCCXIII. §. V. „Ergehen die appellationes in „cauſſis mere ciuilibus, dem bisherigen Herkommen nach, an die „Hochfürſtliche Heſſiſche Dicaſteria, iedoch dergeſtalt, daſſ dieſelbe „nicht per ſaltum von dem Freyherrlichen Riedeſeliſchen Amtmann, „ſondern erſt von denen von Riedeſeln, reſpective Freyherrn zu Eiſenbach an dieſelbe erwachſen, auch keine appellation ſtatt haben „ſolle, es belauffe ſich dann die Summa, wie ſolches aus beſondern

"Lan-

§. XXXIX.

IVS SEQVELAE CVM CENTENA SVBLIMI CONIVNCTVM.

Ius ſequelæ, cum coniuncto iure armorum, luſtrationis et delectus, inter præſtantiores ſuperioritatis territorialis notas, iura et argumenta ſupremum velut locum occupat. Leges enim latæ gladium ſæpe requirunt vltorem, et ad iuſtitiæ adminiſtrationem territoriique aduerſus exteros defenſionem et generatim ad exequenda ea, quæ ad ſalutem ſecuritatemque teritorii pertinent, ſubditorum ſeruitia deſiderantur. *Ius principis ſeruitia ad ea omnia, quæ ſalutis ſecuritatisque publicæ cauſſa peragit, a ſubditis exigendi*, generatim vocatur *ius ſequelæ*. Hoc ergo vi ſuperioritatis territorialis competere, ex ipſa huius indole perſpicitur. (§. XXIII.) Cum ſupremo centenæ aduocato ſummum ius in territorii centenici ſalutem et ſecuritatem omnia dirigendi competat, penes eumdem eſt et ius ſequelæ, cum ius ad remedia ſit, cui eſt ius ad finem. Seruitia ſubditorum, quorum pro ſalute publica exigendorum ius penes teritorii et centenæ dominum eſt, vel *ſolo corpore* præſtantur, vel ſolo corpore non exhibentur, ſed vario inſtrumentorum vel vehiculorum genere. Prioris generis ſeruitia ſunt *functiones perſonales*, quas

„Landesfürſtlichen Gnaden, und ohne Conſequenz denenſelben hiemit „verwilliget wird, auf 30. fl. Francfurtiſches Wæhrung.„ Ceterum Nobilibus Dominis de Riedeſel ſatis inſtructa iurisdictio tam in cauſſis ciuilibus quam criminalibus indulta eſt in §. X. „iisque competit das „merum mixtumque imperium, oder ciuil und criminal iurisdiction „cum iure mulctandi in cauſſis ciuilibus et criminalibus, iudicia cen„ſoria, oder Rug und Ungebotts Gerichte in der reſpectiue Freyherrn von „Riedeſel Nahmen anſtellen und hegen zu laſſen, imgleichen die Be„ſtell-Suſpendir- und Beurlaubung der Beamten und Bedienten Nach„laſſ und moderation der Straffen in ciuilibus et criminalibus, zu ge„ben, und alſo actus gratiæ zu exerciren, cet.

quas exigendi ius *angariarum ius* vocari ſolet; poſterioris generis ſervitia exigendi ius *parangariarum iuris* appellatione venire ſolet. Vtrumque iure ſequelæ, ac proinde iuribus territorii ac *centenæ ſublimis* continetur. (a) Pro *diuerſitate* vero eorum, quæ territorii dominus ex *ſalute publica* agit, *diuerſum* eſſe poteſt ius ſequelæ. Obligati ſunt ſubditi ad comitandum territorii dominum in itinere publicæ vtilitatis cauſſa ſuſcepto; quodque eo nomine Principi competit ius ſeruitia ſubditorum exigendi, ſpeciatim vocatur *Reyſe,* vel *Reyſe - Folge.* Germaniæ regum ac Imperatorum illud quondam ſollemne erat, quod trans Alpes in magno principum ſtatuumque imperii comitatu ſuſcipiebatur iter; vulgo *Kayſer und Königs Reyſen* (b): in his vero ſubeundis ſubditos rurſus principem comitari oportebat. Eadem, quæ omnium ſubditorum, centenicorum quoque eſt obligatio, vt ſi ſupremum centenæ aduocatum intereſſe oporteret *denen Kayſer oder Kœnigs Reyſen*, iidem eſſent in eiusdem comitatu, ceu ſcabini in ſingulis fere articulis Centenicis, infra propoſitis, pronunciant, eamdemque pari ratione agnoſcunt obligationem, *wenn der gnædigſte Fürſt und Herr vor ſich ſelbſt zu reiſen hatte* (c), vel *wann es ſeiner Fürſtlichen Durchlaucht noth iſt* (d).

XXXX.

(a) conf. Io. WOLFFGANG. TEXTOR. de iure ſequelæ. §. 3. et LVDOVICVS de SECKENDORFF im Deutſchen Fürſten Staat. P. III. c. III. p. 465. KLOCK de Contribut. c. III. n. 282.

(b) IOACH. CLVTENIVS in Mantiſſa ad MARQVARD. FREHER. Commentar. de expedit. Rom. et vir illuſtris GE. CHRISTIAN. GEBAVERVS ad Conſtit. Conradi II. de expedit. Rom. p. 274.

(c) Gerauer Centh-Weiſsthum N. V. §. 2.

(d) Erfelder Centh-Weiſsthum. N. IV. p. 8.

§. XXXX.

IVS MILITARIS SEQVELAE CENTENAE SVBLIMI ANNEXVM.

Quod intuitu belli gerendi penes principem eſt ius ſequelæ, eminens vocatur, vulgo die *Heersfolge, hohe Folge.* (a) Cum ius belli ſtatibus Imperii vi ſublimis in territorio iuris competat: quod cum eo connexum eſt, ſubditorum ſeruitia in bello gerendo, defendendo territorio, et principe contra exteros in bellum proficiſcente ſequendo, exigendi ius, præcipuum ius et ſuperioritatis territorialis argumentum eſt. Si itaque Statui Imperii, ceu *ſupremo Centenæ advocato et domino* (b) quo territorii dominum denotari vidimus (§. XXVI.) ius ſequelæ in territorio centenico tribuitur, eidem non minus ſuperioritatem territorialem competere, quam ſublimem centenam ſuperioritatem territorialem inuoluere, ex eo euincitur. In articulis Centenibis ſcabini pronuntiant, vnumquemque centenæ ſubditum, *wer in*

(a) vid. SECKENDORFF im Deutſchen Fürſten Staat. P. II. c. X. n. 8. p. 247. „vbi vocat die Heersfolge oder Reyſe ein hohes Obrigkeitliches „Recht, daſſ auf dero Erfordern die Unterthanen ſchuldig ſind, mit ih„rem Leibe vnd Perſon in der Rüſtung, wie es brauchlich iſt, vnd die „Nothdurft erfordert, zu erſcheinen, vnd Gegenwehr oder Angriff zu „thun. Solches Recht gebrauchen ſich alle hohe Obrigkeiten der Læn„der vnd Reiche der Welt.

(b) Datur et ius militaris ſequelæ, domino feudi competens; cuius tamen fundamentum diuerſum, et in nexu clientelari ac ad ſeruitia militaria præſtanda obligatione poſitum eſt. Vnde recte TEXTOR. l. c. §. 75. ſequela vel ſubiectionem vel fidelitatem acquiri auctor eſt, cum nemo teneatur ſequi, niſi vel ſubditus ſit, vel vaſallus. Si ergo deeſt ſpeciale ad ſequendum in militia ex contractu feudali vel alio ſpeciali pacto deſumtum fundamentum, ſi ſeruitia militaria Statui Imperii ceu territorii domino præſtantur, eorum præſtatio omnino ſubiectionem arguit.

in der Centh begriffen wird, oder wohnhafft iſt, ad ſupremum Centenæ Aduocatum ſequendum obligari, *wenn er wieder die Unglæubigen mit Heerzügen oder ſonſten beladen würde.* Iurium in Centena *Erfeldenſi* hac de re pronuntiatorum hæc ſumma eſt: (c) *ob es wære, da ein Landzug einer Gewalt oder Heerfarth in das Land kæme, von unglæubigen oder andern Leuthen, ſoll meinem gnædigſten Fürſten und Herrn oder den Ihren folgen alles, das Staab und Stangen getragen mag.* Poſita vero ſubditorum centenicorum ad ſupremum Centenæ Aduocatum in bello ſequendum obligatione, milites in territorio centenico *cogendi* et conſcribendi ius non minus penes Centenæ dominum eſt, ac ius exigendi, vt ſubditi centenici armati conueniant, vt non modo, an omnes ac ſinguli ad functiones perſonales in militia præſtandas idonei, et an eo, quo oportet, apparatu bellico inſtructi ſint, diſpicere poſſint, quod ſpeciatim ius *luſtrandi, die Muſterung* vocatur (d), verum etiam vt armorum tractandorum peritos ſeligere poſſint, quod *ius delectus* vocatur. (e) Hæc iura Sereniſſimo Landgrauio Haſſo Darmſtadino in Centena Lauterbachenſi coniunctim vindicantur in Receſſu de a. CIƆIƆCCXIII. *Imgleichen bleibt mehr hæchſtgedachter Ihro Hochfürſtlichen Durchleucht in obgedachten dreyen Gerichten das ius luſtrationis, delectus ac ſequelæ, wie in andern Fürſtlichen Heſſiſchen Orten und Aemtern.* Et ſane ius territoriale, luſtrationis et delectus cum iure ſequelæ ita coniunctum eſt, vt, cum illud non intelligatur, niſi hoc poſito, recte concludatur, eidem qui ius ter-

(c) Erfelder Centh Weiſsthum in app. N. IV.

(d) conf. AHASVERVS FRITSCHIVS de iure luſtrat. Cap. IV. In centenis Palatinis Electori diſerte vindicatur die Rayſſ, Muſterung, Beſezung der Wehr, und Beſichtigung derſelben, ius dandi arma, eaque viſitandi. vid. Dn. ALEF in cit. tract. exeget. p. 33.

(e) TEXTOR. l. c. §. 39.

territoriale luſtrandi exercuit, et ius ſequelæ competere. (ee) Ceterum vi iuris ſequelæ militaris omnis generis ſeruitia a ſubditis centenicis exigi poſſunt, quæ militiæ agendæ ratio et territorii defenſio ac tuitio poſtulat: quorſum veciuræ militares, excubiæ caſtellorum, operæ in caſtris reparandis ſimiliaque ſeruitia territorialia pertinent. Hæc Sereniſſimo Landgrauio Haſſo Darmſtadino in Centena Ober Ramſtadt (f) deberi, profitentur Scabini: *daß ein ieglicher, der in der Centh ſeſshafftig, ſolle unſerm gnædigſten Fürſten und Herrn frohnen in der Centh zu Veſtungen, auch Hülff und Steuer thun, er ſitze und gehære, an wen er wolle, ausgeſchieden Edelleuthe und Prieſter vor ſich ſelbſt, und es hætten ihre Vor-Eltern ſolches inſonderheit, wie auch alle andere verfloſſene Punkte gewieſen, und ſie weiſeten und erkenneten es auch alſo.* Quamquam horum ſeruitiorum territorialium expreſſa mentio in reliquis articulis centenicis non fiat, tamen cum vi iuris *ſequelæ*, in iisdem Sereniſſimo Principi diſerte vindicati, et iure *centenæ ſublimis*, vnde et ius ſequelæ deſcendit, debeantur: (g) ad eadem omnia ſubditos centenicos obligari, palam eſt. Sic et Sereniſſimi Principes Haſſo Darmſtadini a. CIↃIↃCX. ius luſtrandi in Centena *Vmſtadienſi* et *Habizheimenſi* exercuerunt. Quæ ratione centenæ Habizheimenſis iure ſequelæ debentur ſeruitia territorialia, recenſentur in Vmſtadter Saalbuch anni CIↃIↃXXI. art. XIX. (h) *Hiervor beſchriebene Dærffer, (Habizheim, Spachbrücken, Groſszimmern, Zeillart,) ſo an die Centh gehæren, ſeyn ſchuldig, (laut eines deswegen ergangenen Urtheils beym Stadt Buch zu finden,) erſtlich neben denen Bürgern gehorſam zu ſeyn, in Næthen, ſo ſie anders vom Herrn gemanet werden, die*

(ee) PFEFFINGER in Vitriar. illuſtr. tom. IV. p. 70.
(f) in append. N. III. §. 16.
(g) TEXTOR. l. c §. 41.
(h) vid. Repræſent. ſtat. cauſſæ ex actis Lœwenſtein contra Chur Pfalz und Heſſen.

die Stadt Umſtadt helſſen zu behüten, bewachen, und den Burgfrieden mit Graben machen, und ihn bewachen, wie ihn dann durch die Centh-Schæffen oben angeregt zu offenen Gerichts Tag alſo erwieſen worden.

§. XXXXI.

IVS TERRITORIALIS SEQVELAE SVBLIMI CENTENAE ANNEXVM.

Sequelæ ius quoque ad reliqua omnia negotia, ex *ſalute territorii* ſuſcepta, pertinet, cum quousque patet ſublime domini territorii et ſupremi centenæ aduocati ius omnia in territorii et centenæ ſalutem ſecuritatemque diſponendi, eousque pertinet ſubditorum obligatio, vt eidem in iisdem expediendis operis et auxilio aſſiſtant; quo ſenſu ius ſequelæ in ſpecie audit *Landes folge*, et a militari ſequela der *Heersfolge* diſtingui poteſt. Hoc ius in ſcabinorum Centenæ Erfeldenſis pronuntiatione (a) diſerte agnoſcitur: *Wo es mein obgenant gnadigſter Fürſt und Herr bedærffe von Leuthen, ſo in der Centh wohnen, zu des Landes Nathen, es ſey in Bachgængen, Græben, Landgewehre, oder anders, die ſollen meinen gnædigſten Fürſten und Herrn, oder den Ihren darmit folgen, und gehorſam ſeyn, es ſey mit Nachreiſen, zu Feld ziehen oder anders.* Similia ſeruitia territorialia in ſingulis fere articulis centenicis recenſentur, eoque pertinent amnium publicorum expurgationes, (b) viarum publicarum reparationes, (c) et quæ ſunt eiusdem generis. Ceterum iuris ſequelæ, qualecunque ſit, conſequens eſt, vt ius ſeruitia territorialia indicendi, exigendi, et quæcunque eo nomine neceſſaria ſunt, diſponendi, penes ſupremum Centenæ Aduocatum ſit; ac proinde et ipſe

(a) In append. N. IV. p. 8.
(b) Gerauer Centh Weiſsthum in append. N. V. §. 8. 9. Weiſsthum der Centh Jugenheim N. VII. §. 5. 6. 8. Weiſsthum der Centh Zwingenberg N. VIII. §. 8.
(c) Erfelder Centh Weiſsthum N. IV. p. 9.

contumaciam in non exhibitis ſeruitiis admiſſam mulcta cöercere poſſit, cuius pro iuſto arbitrio definiendæ ius in articulis centenicis paſſim ſupremo Centenæ Aduocato tribuitur.

§. XXXXII.

IVS IVDICIALIS SEQVELAE CENTENAE SVBLIMI ANNEXVM.

Quod ad *legum iudiciorumque executionem* Principi et Centenæ ſupremo Domino competit ius ſubditorum ſeruitia exigendi, vocatur die *Gerichtsfolge*, vel in ſpecie ratione iurisdictionis centenariæ, vi ſublimis centenæ competentis, die *Centhfolge*. Hoc ſequelæ ius I) inducit obligationem ſubditorum centenicorum, vt *iudicio centenico* et *prouinciali* præſentes interſint, (a) ex quo formula eſt, *nach dem Gericht*, *nach der Centh ziehen und folgen* (b); II) vt ſi quæ ad capiendum reum vel in *captiuitatem* deducendum operæ requirantur, ad quas miniſtri centenæ ordinarii non ſufficiunt, easdem promti exhibeant (c); III) vt quæcunque ad *iurisdictionem* ſupremi Centenæ Aduocati *tuendam* facere videntur, eadem præſtent. Vnde decernunt ſcabini Centenæ Zwingenbergenſis §. vlt. *Wir erkennen und weiſen zu recht, ob hochgedacht Unſer gnædigſter Fürſt und Herr, oder Deroſelben Ambtleuthe und Befehlhabere etwas*

(a) Weiſsthum der Centh Pfungſtadt in append. N. II. §. II. weiſst der Bergſchœff vor ein Recht, wer ungehorſam iſt in der Centh, und auſſen bleibt ohne Wiſſen, wen ein Gebott, das Centhgericht zu halten, vom Centhbüttel gethan iſt, und nicht Erlaub vom Centh Graffen hat, derſelbe iſt unſerm gnædigſten Fürſten und Herrn verfallen in die högſte Buſs. Idem agnoſcunt Scabini in centena Erfeldenſi in app. N. IV. p. 9. daſs ein ieglicher Gemeins Mann des Dorffs das Gericht ſuchen ſolle, ſonder Intrag, und wer ſolches nicht thæte, der iſt meinem gnædigſten Fürſten und Herrn verfallen vor ein Helbling und 3. Pfund. Voce HELBLING dimidia pars libræ denariorum, ſeu ſelibra deſignari videtur. conf. Weiſsthum der Centh Zwingenberg. N. VIII. §. vlt.

(b) Weiſsthum der Centh Jugenheim n. VII. §. 4.

(c) Weiſsthum der Centh Jugenheim §. 9. der Centh Erfelden N. IV. p. 8.

was in Rath finden, das dieſer Centh zu Ehren und Nutzen dienen mœchte, und daſſelbe dieſem Centh Weiſsthum rechtlich einzuverleiben begehren würde, daß wir und unſere Nachkonmen jederzeit uns zu rechtmæſſigen billigen Dingen unterthanig und willig erzeigen wollen. Ad tuendam ſuperioris centenæ domini iurisdictionem hoc vel maxime pertinet, ne ſubditi centenici, quæ ad eandem pertinent, *cauſſas* ad iudicia dominorum iurisdictionalium in territorio centenico deferri patiantur; (d) deinde vt ad *ſigna iurisdictionis criminalis* erigenda concurrant et ſeruitia præſtent; (e) denique vt *ſumtus criminales* in ſubſidium ferant, cum pœnæ criminales ſubditorum gratia, et vt hi ab improborum et facinoroſorum iniuriis liberentur, a territorii et centenæ ſupremo domino ſtatuantur. (f) Vidimus, quam late pateat, quod ex iure ſublimis centenæ deſcendit ius ſequelæ, omnes huius iuris ſpecies, quæ alioquin ſuperioritatis territorialis iure exercentur, complectens. Itaque facile diſtinguitur ab eo, quod vi *ſimplicis centenæ* competit, ſequelæ iure: quod vulgo itidem *Centhfolge* dicitur, et ea ſeruitia a centenæ obnoxiis exigendi iure circumſcribitur, quæ ad *explicandam tuendamque iurisdictionem* centenariam pertinent. (g)

§. XXXXIII.

(d) Weiſsthum der Centh Zwingenberg N. VIII. §. 4. Wir weiſen zurecht, daſs man keinen Gerichts Herrn in der Centh, er ſey, wer er wolle, keine Buſſen zuweiſen oder heben laſſen ſolle, die vf die Centh gehœren. conf. Weiſsthum der Ober Ramſtädter Centh N. III. §. 5.

(e) Varia ſeruitia ſubditorum in ſignis publicis executionis erigendis referuntur im Weiſsthum der Centh Jugenheim N. VII. §. 11. 12. 13. 14. im Weiſsthum der Centh Zwingenberg N. VIII. §. 14. Gerauer Centh Weiſsthum N. V. 14.

(f) Weiſsthum der Centh Arheilgen N. I. §. 15. Gerauer Centh Weiſsthum §. 15.

(g) CHRIST. LEONHARD. LEVCHT de iurisdict. centenæ cap. III. §. 2.

§. XXXXIII.

IVS TRIBVTORVM SEV COLLECTANDI CVM SVBLIMI CENTENA CONNEXVM.

Quando tandem de iure collectas indicendi et exigendi, vi ſublimis centenæ competente, paucis dicere animus eſt, quæ priſcis temporibus in Romano Imperio tributorum collectarumue fuerit facies, vndequaque hic expendere ab inſtituto alienum eſt, niſi quod illud inprimis obſeruare ex re eſſe videatur, quod ante tempus *pacis publicæ*, quando ob interuenientem neceſſitatem principi ſubueniendum erat, ordines prouinciales et ſubditi in concedendis tributis et collectis ſibi plerumque ſtipulati ſint, *daß die Schazung keine Pflicht ſondern eine Bitte ſey*, (a) argumento euidenti, magis liberalitate quam iuris neceſſitate præſtita eſſe hæc ſalutis publicæ promouendæ ſubſidia, cum ſatis officio feciſſe cenſerentur ſubditi, ſi quæ vi *iuris ſequelæ* debebant, exhiberent varii generis ſeruitia. Neque poſt conſtitutam pacem publicam ea Principibus in collectando relicta fuerat libertas, quæ hodie Statibus Imperii, ſed ſolummodo ipſis integrum fuit a ſubditis exigere collectas, quæ publicæ et communis tranquillitatis cauſſa ſeruandæ per decreta, in imperii comitiis lata, ſolui permittebantur. (b) Succeſſu temporum auctis ſublimioribus ſuperioritatis iuribus, aucto impenſarum modo, *iure ſequelæ* inprimis in deſuetudinem pedetentim abeunte, accedente deinde voluntario ſubditorum parentium conſenſu, ius collectandi ſubditos ad neceſſitatem eſt productum, eximiisque iuris territorialis ſignis accenſitum. (c) Quem-

(a) Conf. Viri illuſtris DAVID GEORGII STRVBEN tr. de iure Villicor. Cap. VI. §. 4. eiusque obſeruat. iur. Germ. obſ. III.

(b) Vid. poſt multos præcedentes Receſſ. Imperii de a. CIƆIƆ III. §. 17. 18. 19.

(c) GE. MELCH. DE LVDOLFF Obſeruat. For. Tom. I. Obſ. 103.

Quemadmodum enim Status Imperii vi ſuperioritatis territorialis iure omnia in ſalutem et ſecuritatem territorii dirigendi fruuntur, ita et eosdem ad explicanda ea, quæ ſalus et ſecuritas publica exigit, ſubſidia pecuniaria a ſubditis exigendi poteſtate pollere oportet, (d) vt adeo ius collectas imperandi, quoad Statui Imperii competit, pro ſuperioritatis territorialis teſſera et argumento recte habeatur. Quod vi Centenæ ſublimis, cui ſuperioritas territorialis annexa eſt, competit collectas exigendi ius, ſupremo Centenæ Aduocato in Scabinorum Centenicorum pronuntiationibus diſerte vindicatur: *Wann höchſtgedacht unſer gnædigſter Fürſt und Herr mit Kayſer oder Königs Reyſen auch wider die Unglaubige, oder vor ſich ſelbſt zu reiſen hette, und mit Heerzügen beladen würde, welcher dann in der Zenth wohnhafft und geſeſſen iſt, der ſoll ſeiner Hochfürſtlichen Durchleucht Folg, Hülff und Steuer thun nach ſeinem Vermögen* (e) Cauſſa exigendarum collectarum in cuiuscunque generis expeditionibus ponitur: quibus cui ex iuſta cauſſa intereſſe non licuerat, eumdem *auxilium expeditionis* (f) *eine Hülffe, Heer Steuer*, præſtare, et ſic expeditionem in hoſtem vel redimere vel ſubleuare oportebat (g). Principio expeditionibus Romanis, *Kayſer und Kœnig Reyſen*, ab vſu recedentibus, loco ſequelæ deberi cœperunt *collectæ*, ſecundum modum

(d) MAGERVS de Aduocat. armata Cap. X. §.183.187. pag. 465. et 466. PFEFFINGERVS in Vitriar. illuſtr. Lib. III. Tit. XVIII. §.66. Tom. III. p.1506.

(e) Weiſsthum det Centh Arheilgen N.I. §. 2. Eiusdem fere ſententiæ omnes reliquæ ſunt Scabinorum pronuntiationes in App. exhibitæ.

(f) Ita vocantur a vetuſto Auctore de Beneficiis Cap. 20. Inde eſt, quod collectæ dicantur Hülff Gelder, Beyhülffe. vid. BESOLDVS in Theſ. Pract. voce Steuer.

(g) Quod pluribus argumentis exſequitur Vir Ampl. CHRIST. VLR. GRVPEN in Obſ. von Steuern und Beden, quæ extat in eius diſceptat. For. p. 920.

dum *expeditionis Romanæ*, introductæ (h), quas Status Imperii a ſubditis ſuis exigerent. Ex quo patet, ſupremum Centenæ Aduocatum ſubditis centenicis iure ſuo imperare ſolutionem *collectarum imperii* indictarum, quamquam formula *der Hülff und Steuer zu Kayſer und Kænigs Reyſen* ad vetuſti æui inſtitutum adhuc comparata ſit. Deinde ſi quæ aliæ fuerant prouinciæ principis *pro territorii tuitione expeditiones*, in quibus ſeruitia iure ſequelæ debebantur, easdem non minus ſubſidiis pecuniariis pro rata bonorum ſuſtinere oportebat ſubditum centenicum, graui mulcta cöercendum, ni indicta ſolueret (i). Jure ſequelæ in deſuetudinem abeunte lectoque milite mercenario, eoque perpetuo, cauſſa collectarum, pro territorii ſalute et defenſione exigendarum, perpetua eſſe cœpit, ex eoque collectæ prouinciales perpetuæ redditæ ſunt. (k) Quæ cum ita ſint, cum ſublimi Centena coniunctum eſſe ſublime illud territorii ius collectas tam imperiales quam prouinciales ſubditis centenicis indicendi et exigendi, eoque hodie omnis generis *collectæ imperii* pertinent non minus illæ, quæ ex decreto imperatoris atque ordinum imperii ſunt ſoluendæ, *die Reichs Steuern*, et quæ in vtilitatem circulorum erogandæ, *die Creysſteuern*, quam quæ in Camera Imperii ſuſtentationem nec non in ſumtus legationum imperii (l) a ſubditis principi ſunt exhibendæ: nec minus eodem cenſu omnis generis *prouinciales collectæ*, tam ordinariæ quam extraordinariæ, ex more et ſtatu prouinciæ legitime indictæ, illæque inprimis, quæ ad fortalitiorum principis conſerua-

(h) Rec. Imp. de a. CIↃIↃCLIII. §. 19. et 24.

(i) Weiſsthum der Centh Arheilgen N. I. §. 2. welcher das nicht thut, der iſt Seiner Hochfürſtlichen Durchlaucht in Straffen verfallen, ſo hoch und nieder, als Seiner Hochfürſtlichen Durchlaucht Wohlgefallen iſt.

(k) Dieter. Herm. Kemmerich de iure Collectarum prouincialium §. IX.

(l) De quibus vid. Dn. Strvben in Obſ. Jur. Germ. Obſ. IV. §. 8.

ſeruationem pertinent, habendæ ſunt. (m) Ceterum cum indictarum collectarum exactio ſeu ſubcollectatio magis ad executionem iuris collectandi pertineat: ſublimi Centenæ nihil omnino obeſt, penes alium in territorio centenico ius ſubcollectandi eſſe. In Centena Lauterbachenſi ius collectarum vi ſublimis Centenæ aſſertum eſt Sereniſſimo Landgrauio Haſſo-Darmſtadino, ius ſubcollectandi vero Nobilibus Dominis de Riedesel, vi receſſus Centenici §. 6. *Verbleibt dem Hochfürſtl. Hauß Heſſen in obgedachten dreyen Gerichten, und deren obbemeldten ganzen Diſtrict, das ius collectandi in toto ſuo complexu tam quoad collectas imperii, quam circulares et prouinciales, easque tam ordinarias quam extraordinarias, nach dem Fus, wie derſelbe vom Landes-Fürſten jederzeit der Billigkeit und denen Landesverfaſſungen gemæs gemacht und eingerichtet werden wird; die Erheb- und Lieferung aber ſothaner collecten betreffend, haben Ihro Hochfürſtliche Durchlaucht aus Gnaden verwilliget, daß ſelbige durch einen zeitigen Riedeſeliſchen Centhgraffen oder andere Dero Bediente auf ihre Koſten geſchehe, und haben ſie die von Riedeſel reſpectiue Freyherrn zu Eiſenbach vor die richtige und vællige Lieferung zu ſtehen, jedoch wollen aus dieſer Conſideration Seine Hochfürſtliche Durchlaucht denen Unterthanen mehr gedachter Gerichte in caſibus fortuitis, als vis maioris, Kriegs Verderbung, Brand, Theurung, und andern dergleichen fatalen Zufællen auf unterthænigſtes Nachſuchen beſindenden Dingen nach eine gnædigſte Moderation gleich andern Unterthanen gnædigſt angedeyen laſſen; Die zeitige Receptores aber ſollen ſich denen albereits publicirten und noch ferner in dergleichen Materie publicirenden Fürſtlichen Ordnungen gemæs ver-*

(m) Rec. Imp. de a. CIↃIↃCLIV. §. 180.

verhalten. In centena Habitzheimenſi Sereniſſimis Principibus Electori Palatino et Landgrauio Haſſo Darmſtadino collectarum ius deberi, patet ex vetuſto Documento den Umſtædter Saalbuch de a. CIↃIↃXXI. *haben beyde Herrſchafften ingemein den Gulden Wein Zoll und alle hohe Obrigkeit*; (n) Quod et euincitur ex conuentione eiusdem anni: *daſs auch der Zoll welcher von dem Landgraff Philipps zu Heſſen nach der Beyerſchen Vehde angelegt worden, Chur Pfalz und Heſſen unzertheilt bleiben ſolle.* De quo eo minus ambigendum, ſi et illud attendatur, ſupremis Centenæ Dominis in vniuerſa Centena Vmſtadienſi, cuius portio eſt Habizheimenſis, a. CIↃCCCCLXXVIII. adiudicatum eſſe ius ſequelæ, *der Nachfolge und Reyſe*, in eius vicem vero et in locum ſeruitiorum, iure ſequelæ præſtandorum, collectas introductas eſſe et deberi. (o) Illud tamen ſingulare eſt, comites de Lœwenſtein prouocare ad exemplum *collectarum Turcicarum* quondam ibidem exactarum; quod in hoc collectarum genere eo facilius fieri potuit, quo magis conſtat, collectas imperii *Imperatoris* et *imperii ordinum conſenſu* decerni, ſoluendas ab Imperii Statibus, quibus vel ideo non ingratum fuiſſe videtur, ciuitates prouinciales vel dominos iurisdictionales earumdem exigendarum ſollicitudinem obiiſſe. Ab eiusmodi exemplo vero non valet argumentum ad negandum iuri ſublimis Centenæ competens *collectas prouinciales* imperandi ius.

§. XXXXIV.

(n) Vid. Repræſentatio Status Cauſſæ ex actis Lœwenſtein contra Chur Pfalz und Heſſen.

(o) Vid. ſententia arbitralis de a. CIↃCCCCLXXVIII. in append. N. X.

§. XXXXIV.

PRAESVMTIO PRO RELIQVIS SVPERIORITATIS TERRITORIALIS IVRIBVS CENTENAE SVBLIMI ANNEXIS.

Sublimia Centenæ ampliſſimæ iura eaque, in quibus vel maxime vis ſuperioritatis territorialis agitur, homagii exigendi ius, legum ferendarum poteſtatem, ſupremam iurisdictionem, ſequelæ ſublimis ius, iura collectarum expoſuimus. (a) Quæ cum iura ſuperioritatis territorialis eſſentialia ſint, ad ſublime illud omnia in territorii ſalutem et ſecuritatem dirigendi ius inprimis pertinentia: recte inde colligimus, his poſitis eſſentialibus ſuperioritatis territorialis iuribus, cetera omnia eiusdem iura *ſublimi Centenæ* ineſſe, (b) et ſupremo Centenæ

(a) Quem ſublimem diximus Centenam, omnigenam et cum iurisdictione territoriali der Landes Obrigkeit coniunctam appellat PETRVS LEOPOLDVS de concurrentia iurisdictionis in Imp. Rom. Germ. qu. XII. indice variorum iurium particularium, a ſuperioritate territoriali dependentium, propoſito, quem et exhibet GEORG. DAN. PRAEBES de iniuſta Centenæ extenſ. Theſ. II. BESOLDVS in Theſ. Pract. voce Centhbarliche Obrigkeit. LEVCHTIVS de iurisdictione Centenæ §. 10. p. 389. §. 16. et 17. p. 394.

b) Regulam comprobat LYNCKERVS de ſuperiorit. territ. p. 24. et quæcunque, inquit, ad regendi poteſtatem facere poſſunt, in illis fundatam habet intentionem is, qui ſuperioritatem in ea regione tenet. Huius præſumtionis ratio collocatur in titulo vniuerſali, pro quo merito habetur ſuperioritas territorialis, vi cuius Status Imperii non ad

 poſ-

teræ Domino atque Aduocato tamdiu competere, donec ab altero particularia quædam ſuperioritatis iura in territorio centenico adquiſita eſſe, probetur (§. XXIII.) (c). Hæc ſententia cautionis loco exponitur

poſſeſſionem huius vel illius iuris neque ad priuilegia Cæſarea prouocare tenentur, ſed ipſa ſuperioritate territoriali ſatis tuti, omnia merito ſibi vindicant iura territorialia, quatenus contrarium neque ex lege publica neque ex pactis probari poteſt. conf. KLOCK in Relat. Cameral. 169. n. 23. Auctor meditat. ad Capitul. Joſeph. Art. III. pag. 76. Dn. KOPP de inſigni different. Comit. et Nob. Immed. Sect. II. p. 227.

(c) Non nouum eſt, penes vnum in territorio eſſe ſuperioritatem territorialem, penes alterum vero particularia quædam ſuperioritatis iura: quod ex inſtituto docuit ENGELBRECHT de ſeruit. iur. publ. et PFEFFINGERVS in Vitriar. illuſtr. L. III. T. XV. Tom. III. pag. 1122. Exemplum inſigne ſublimis, quæ apud Sereniſſimum Landgrauium Haſſo-Darmſtadinum eſt, Centenæ, multis præcipuis iuribus Dominis de Riedeſel competentibus temperatæ, eſt in Centena Lauterbachenſi, in qua vi cit. Rec. de a. CIↃIↃCCXIII. §. 9. relicta ſunt denen von Riedeſel reſpectiue Frey Herrn zu Eiſenbach alle ſolitarie und priuatiue in dieſen drey Gerichten hergebrachte iura Eccleſiaſtica, als lex diœceſana, ordo et iurisdictio eccleſiaſtica, ihr eigenes geiſtliches Gericht das ius vocandi, ordinandi, confirmandi et deponendi miniſtros eccleſiaſticos et ludimagiſtros, das Recht, Kirchen und Schul Ordnung aufzurichten und zu promulgiren, Kirchen Viſitationes anzuſtellen, Cognitio in cauſſis et rebus eccleſiaſticis, ſpiritualibus et matrimonialibus, item diſpenſationes in gradibus prohibitis, das Recht Danck-Buſs Faſt und andere auſſerordentliche Feyertage anzuſtellen, wie auch hergebrachter maſſen Synodos oder Conuentus paſtorum zu inſtituiren. Ingleichen adminiſtratio bonorum eccleſiaſticorum, das Recht neue Kirchen und Schulgebäue aufzurichten, und alte verbeſſern zu laſſen, wie auch die Mittel, ohne welche dieſes nicht wohl expediret wer-

nitur in Receſſu inter Sereniſſimum Landgrauium et Dominos de RIEDESEL ſuper Centena Lauterbachenſi inito de a CIϽIϽCCXIII. §. 8. *Nicht weniger verbleiben Ihro Hochfürſtlichen Durchlaucht auſſer denen hier ſpecialiter enumerirten Stücken alle übrige ſonſt per regulam zu der Ihro über dieſe Gerichte zuſtehende Fürſtliche Territorial Hoheit gehörige Iura und Gerechtſame.* Neque vero a ſcabinorum centenicorum pronuntiationibus id expectandum fuerat, vt omnium ſublimis Centenæ iurium indicem darent, cum quæ in *iudicio prouinciali* ex vetuſto more exerceri principalia iura ſolebant, quæque a ſubditis centenicis haud ignorari intererat, potiſſimum publice recitarent proponerentque. Sane cautior reliquis ſcabinus *Centenæ Erfeldenſis* quælibet alia ſupremi Imperii iura ſupremo Centenæ aduocato deberi agnoſcit: (d) *hat der Bergſchæff geweiſt zu recht, ſo mein Gnædigſter Fürſt und Herr der Landgraff Macht habe Gebott in der Centh hoch und nieder zu ſetzen und entſetzen, mag Se. Hochfürſtliche Durchlaucht darinn laſſen maſſen, und alle andere Obrigkeit thun nach Dero Wohlgefallen.* Inter ea referri poſſent ius conſtituendi magiſtratus, cuius etiam in articulis centenicis ſubinde mentio iniicitur, per formulam *hoch und nieder zu ſetzen und zu entſetzen*, ius conductus, ius

werden kan, ex. gr. Ausſchreibung Kirchen und Schul Collecten und Ausſtellung der Becken vor die Kirchen Thüren etc.

(d) in append, N. IV. p. 9.

ius varii generis gratiæ ac indulgentiæ actus exercendi, et inprimis iurisdictio eccleſiaſtica ſupremis Centenæ Aduocatis, Euangelicorum ſacris addictis, competens; (e) et eius generis alia; quæ omnia vlterius proſequi cum diſſertationis academicæ limites permittere non videantur, labori huic academico finem imponendi licentiam eo lubentius B. Lector concedet, quo magis illum enixe rogamus, vt conatus qualescunque æqui bonique conſulere, eosque tueri æquo iudicio non dedignetur.

(e) de qua inprimis conferri meretur deductio verſchiedener von Seiten Chur Pfalz dem Hochfürſtlichen Hauſe Heſſen-Darmſtadt, in der zwiſchen beyden hohen Theilen pro indiuiſo gemeinſchafftlichen Stadt, Ambt und Centh Umſtadt etc. zugefügter grauaminum. ed. n. 1720.

PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

RESPONDENTI

SVMMORVM IN VTROQVE IVRE HONORVM

CANDIDATO DIGNISSIMO

S. P. D.

P R A E S E S.

DUM inter plurimos, qui de Centena, quæ in Franconiæ, Sueuiæ et Rhenanis prouinciis vetuſtiſſimi Germanorum inſtituti reliquias exprimit, docte diſſeruerunt, SVBLIMIS CENTENAE origines, rationem et iura curatiori ſtudio expendere in animum induxiſti, conſilium et argumenti diuerſitate et dignitate ab illorum inſtituto diſpar ſuſcepiſti, non iurisdictionis criminalis rationem, in qua indaganda eiusque iuſtis finibus conſtituendis iſtorum induſtria verſabatur, ſed ſublimia territorii iura expoſiturus, quæ vetuſto et ad noſtram vsque ætatem inter tot varias imperii, regionum iuriumque mutationes producto centenæ vocabulo comprehenduntur. Et quem potius quam TE decebat in eis excutiendis operam induſtriamque collocare, quem velut Patriæ vox ad vindicanda, quæ ſubinde controuerſiis expoſita noueras,

iura

iura vocare videbatur. Quid autem in eo argumento expoliendo a ſtudiis TVIS expectari non poterat, qui quod fautrice natura nactus es feliciſſimum ingenium, optimis literis ita imbuendum dediſti, et in vnaquaque iurisprudentiæ parte capeſſenda per illud tempus, quo in Academia Salana non minus quam in noſtra Georgia Auguſta bonis artibus operam nauaſti, ea induſtria verſatus es, vt nihil reliqui feceris eorum, quæ et prodeſſe et ornamento eſſe, ac viam ad veram iurisprudentiæ laudem munire poſſunt. Gratulor TIBI eximios ſtudiorum profectus, gratulor præſtans et publicum doctrinæ ſpecimen, quo iurium quæ Sereniſſimo Principi et Haſſiæ Landgrauio competunt, vindicias cum laude ſuſcepiſti; gratulor quos iſtis ſtudiis, hac induſtria meritus es ſummos in vtroque iure Honores, honeſtiſſimum ſtudiorum laborumque fructum; gratulor PARENTI TVO, *Viro Ampliſſimo atque Excellentiſſimo, Seni venerando, et apud Sereniſſimos Haſſiæ Landgrauios ſuis meritis illuſtri*, liberatam ſpem et ex digniſſimo Filio reduci, optimis artibus ornato, et publico eoque perhonorifico illuſtris Iureconſultorum Ordinis teſtimonio condecorato, gaudium; idque inter noua et maiora in dies bonorum et honorum incrementa perenne eſſe vehementer cupio. Ceterum cum TIBI, Muſis noſtris mox valedicturo, fortunam comitem inter propitia quælibet Dei munera ex animo apprecor; tum TIBI mei memoriam commendo, ſiquidem et me ad omnia officiorum genera nullo non tempore habebis paratiſſimum. Dabam in Georgia Auguſta a. d. XVI. Sept. cIↃ IↃ CC XXXXVI.

APPENDIX DOCVMENTORVM.

N. I.

Arheilger Centh Weißthumb.

1.

Wir Centh- und Land Schöffen der Centh Arheilgen alle und jede erkennen und ſprechen einmüthiglich und gemeiniglich zu recht: Daß der Durchleuchtigſte Fürſt und Herr, Herr Ernſt Ludwig, Landgraf zu Heßen, Fürſt zu Herßfeld, Graf zu Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain, Nidda, Schaumburg, Yßenburg und Büdingen ꝛc. ꝛc. Unſer gnädigſter Fürſt und Herr, ſey Unſer Oberſter Fauth dieſes hohen Land- und Centh-Gerichts über Hals und Haupt, hab auch Gebott und Verbott Hoch und nieder zuſetzen und zu entſetzen; Nemlichen über Waßer und Weyde, und mag in der Centh alle Landgräben, Fluhrgräben und Bäche, wenden und kehren nach Nutz und Nothdurfft ſeines Landes und nach ſeinem Willen, ſo fern dieſe Centh betrifft.

2) Item Wir weiſen zu recht, wann Höchſtgedacht Unſer Gnädigſter Fürſt und Herr mit Kayſer- oder Königs-Reyſen auch wieder die Ungläubige, oder vor ſich ſelbſt zu reyſen hette, und mit Heerzügen beladen würde, welcher dann in der Centh wohnhafft und geſeßen iſt, der ſoll Seiner Hochfürſtl. Durchl. Folg, Hülff und Steuer thun, nach ſeinem Vermögen, welcher das nicht thut, der iſt Sr. Hochfürſtl. Durchl. in Strafen gefallen, ſo hoch und nieder, als Sr. Hochfürſtl. Durchl. wohlgefallen iſt.

3) Item Wir weiſen zu recht, wann Sr. Hochfürſtl. Durchl. in Ihren eigenen Sachen ziehen oder ziehen wollen, ſo ſollen diejenige, die Ihro Hochfürſtl. Durchl. mit dem Leib nicht angehen, über ihre eigene Leibs-Herren zu ziehen, nicht pflichtig ſeyn, und ſoll das mit Wißen und Wahrheit beygebracht werden.

4) Item Wir weiſen auch zu recht, welcher Weyden oder Obſt-Bäume beſchädigt, der ſoll Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn 10. Pf. Hllr. zu Straf erlegen.

5) Item Wir weiſen zu recht, welcher Güter kauft, in der Centh, der ſoll ſich an den Gerichten, da die Güther gelegen ſeind, wehren laſſen, damit dem Erben ihr Recht des Abtreibens nicht verheelet werde, welcher darein gefahr ſucht, der iſt Unſerm gnädigſten Fürſten und Herrn mit 10. Pf. zur Bues verfallen.

6) Item Wir weißen zu recht, welcher dem andern nach ſeinem Erbe oder Jahrziehl Beſtandnus ſtehet, der ſolls Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn mit 10. Pf. verbüßen, und ſoll der Beſtänder gleichwohl bey ſeinem Beſtandnüs bleiben.

7) Item Wir weiſen, welcher mehr dann Fünff Schilling Hllr. in Kirchen oder Claußen ſetzt, und ſeine Erben des Erbtheils berauben will, der ſoll Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn mit 10. Pf. verfallen ſeyn, und das Erbe doch dem rechten Erben bleiben.

8) Item Wir weiſen zu recht, daß die Land Bäche ſollen mit Fegen und räumen ufrichtig, wie von Alters her, gehalten werden.

9) Item Wir weiſen, welcher Centhmann in den Land Bächen einige Hemmung oder Beſchleimung anrichte, durch Flachß, Wertolffe, oder Reußen, der ſoll Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn 10. Pf. zur Bues geben, ſo offt es vorbracht wird, und ſoll es ein jeder Centh Schöff bey ſeinem Aydt rügen und vorbringen, ſo offt er deßen in Erfahrung bringt.

10) Item Wir weiſen, welcher einen Käuffer vom gekaufften Guth abtreibet, daſſelbige ihm nicht ſelbſten ſondern einem andern umb Geſchenck willen abtreibt, der ſoll Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn 10. Pf. zur Bues geben.

11) Item Wir weiſen zu recht, daß Viermahl im Jahr, zu allen angebottenen Gerichten, die Eich- und Maaßung beſehen werden ſollen, auf daß rechte Maas zu Land ſeye, welche alsdann unrecht befunden werden, die ſoll man in Landrechten vorbringen, und ſtrafen wie recht.

12) Item Wir weiſen zurecht, was von neuen Simmern geeicht werden, ſoll man von jeden 4 Pf. Hllr. geben, was kleiner iſt, davon ſoll man 2 Pf. Hllr. geben.

13) Item Wir weiſen zu recht, welcher einen Kauff thut umb liegende Güther, Gott geb wie hoch der Kauff geſchehe, der ſoll nicht mehr als 1. Vrt. Weins zum Weinkauff geben, und den abtreibenden Erben nicht mehr abheiſchen, welcher ſolches überführ ſoll Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn 10. Pf. zur Bues geben.

14)

14) Item Wir weiſen, wann von nöthen iſt, Galgen, Leitter und Räder aufzurichten, ſo ſoll der Nachrichter am erſten, nach ihme der Waaſenmeiſter angreifen, darnach der Centgraf im Nahmen offthöchſtgedacht Unſers Gnädigſten Fürſten und Herrn mit Anlegung der Hände denen Centhmännern befehlen, daß ſie mit angreifen und ſolch Gericht ufrichten helffen müßen.

15) Item Wir weiſen zurecht, wann einer in der Centh gegriffen, vor Recht geſtelt und zur Leibes-Straf geurtheilet wird, hat oder verläſt er dann ſo viel, daß der Unkoſten ſo uff ihn gehet, von dem Seinigen kan bezahlt werden, ſo ſoll man des Centhmanns verſchonen, hat er aber nichts, ſo ſoll der Centhmann den Unkoſten bezahlen; wird aber einer in der Centh gefangen, vor Recht geſtelt, beklagt und mit Urtheil und Recht ledig erkennet, ſo ſoll der ihn beklagt hat, den Unkoſten bezahlen.

Folgen nachbeſchriebene Mühlen. Wie hoch ein jegliche ſeyn ſolle, hat der Centh und Land Schöff zurecht geweißt ꝛc ꝛc.

Eine jegliche Mühl die da mehr hält, dann ihr rechte Maas ausweißt, iſt Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn verfallen mit 10. Pf. Hllr. ſolches hat der Land und Centh Schöff zurecht ausgeweiſt.

Johann Philipp Krafft, Centh-Graf der Centh Arheilgen.

N. II.

Centh Weißthumb der Centh Pfungſtatt.

Erſtlichen weiſt der Berg Schöffe vor ein Recht den Durchleuchtigſten Fürſten und Herrn, Herrn Ernſt Ludwigen, Landgrafen zu Heßen, Fürſten zu Herßfeld, Grafen zu Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain, Nidda, Schaumburg Yſenburg und Büdingen ꝛc. ꝛc. Unſern Gnädigſten Fürſten und Herrn, ein Obriſten Vogt und Herrn dieſer Centh und Land Gericht, ſo weit dieſelbige gehet, über Halß und Haupt, über Waßer und Wayde habe zu gebieten und zu verbieten hohen und niedern und darein zu ſetzen, und zu entſetzen, auch Gebott hohe und niedere zu machen, nach Ihro Fürſtl. Durchl. Wohlgefallen.

Zum Andern weiſt der Berg Schöffe vor ein Recht, wann Unſer Gnädigſter Fürſt und Herr mit Kayſer oder Königen reyſen, auch wieder die Ungläubigen mit Heerzügen oder ſonſten beladen würde, ſolle ein jeglicher Centhmann Ihro Fürſtl. Durchl. Folge und Steuer thun nach ſeinem Vermögen, wer ſolches nicht thut, mögen Ihro Fürſtl. Durchl. ſtrafen nach Ihrem Wohlgefallen.

Zum Dritten weiſen ſie auch, daß Unſer Gnädigſter Fürſt und Herr habe eine Landbach von der Modau an, und fürter durch Ihro Fürſtl. Durchl. Centh und Land Gericht gehend, ein Meß-Ruthe weit in Rhein, wer darein ohne Erlaubnuß Floßgraben mache, ſtopffe, ſchleime, abwende, Wöhr darein mache, oder wie er die Bach beſchädige, der iſt, ſo offt er das thut, Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn verfallen vor zehen Pfund, oder wie hoch Ihro Fürſtl. Durchl. die Buß darauf ſetzen würden.

Zum Vierten: So ſtehet ein Maaß an der Kirchen zu Pfungſtatt, wie hoch man die Mühlen uf die Pfungſtätter Bach ſetzen ſolle, wer das breche, der habe verlohren Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn zehen Pfund.

Zum Fünfften: Ob Unſer Gnädigſter Fürſt und Herr über einige Zöge, der aigen angehörige Leuthe in der Centh hette, dieſelbige ſollen ſich nicht getrungen ſeyn, über ihren aigenen Herren zuziehen, und ſolle daß mit Wißen und Wahrheit beybracht werden, und nicht auf hören ſagen.

Zum Sechſten: Weiſt der Berg Schöf, da einer wäre der den andern nach ſeinem Erbbeſtändnüs oder Jahr Zahl Beſtändnüs ſtünde, in der Centh gelegen, wer ſolches überführe, der iſt verfallen Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn vor zehen Pfund, und ſoll doch der Beſtänder bey ſeinem Beſtändnüs bleiben.

Zum Siebenden: weiſt der Berg Schöff auch, wer da Güther kaufft in der Centh der ſolle ſich an den Enden, da die Güther gelegen ſind, darein ſetzen und wehren laßen, wer ſolches überführe, und dem nicht alſo nachkäme, derſelbe iſt verfallen, Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn vor zehen Pfund Heller.

Zum Achten. Da einer wäre, der zackert durch gebrochene und entſchiedene Straſen, die geſteinet wären, wer ſolches breche, iſt Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn vor zehen Pfund Heller verfallen.

Zum Neunten. Wer da Erden gräbet einem in ſeinem Acker, oder auf einer Straſen, iſt verfallen, unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn vor zehen Pfund Heller, es ſeye dann mit eines Wißen.

Zum

Zum Zehenden weiſt er auch, da einer wäre, der da Weyden oder Geimpffe Obſt Bäume ſchädiget, wer ſolches thut, iſt unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn verfallen, vor zehen Pfund Heller.

Zum Eilfften weißt der Berg Schöff vor ein Recht, wer ungehorſam iſt in der Centh und außen bleibt ohne Wißen, wann ein Gebott, das Centh-Gericht zu halten, vom Centh-Büttel gethan iſt, und nicht verlaub vom Centh Grafen hat, derſelbe iſt Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn verfallen in die Höchſte Bueß, und mögen Ihro Fürſtl. Durchl. ihn ſtrafen nach ihrem Wohlgefallen.

Zum Zwölfften, weiſt der Berg Schöff, daß ein jeglicher Centhmann der in die Centh Pfungſtatt gehörig, dem Centh Büttel ein Brod ſchuldig ſeye, ausgeſchieden die Berg Schöffen und diejenigen, die uf der Centh im Dorff Pfungſtatt wohnhafft ſind.

N. III.

Centh Weißthumb der Ober Ramſtätter Centh.

1.

Es weißen die Berg Schöffen gemeiniglich, und einmüthiglich mit Ayd und Recht, daß der Durchleuchtigſte Fürſt und Herr Herr Ernſt Ludwig Landgraf zu Heßen, Fürſt zu Herßfeld, Graf zu Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain, Nidda, Schaumburg, Yſenburg und Büdingen ꝛc. ꝛc. Unſer gnädigſter Fürſt und Herr ſeye Obriſter Faith und Herr, ſo weit diß Land Gericht gehe, über Halß und Haupt, über Waßer, Winde und Wayde zu Neunkirchen von dem Weſter Giebel an bis gen Stockſtatt eine Meßruthe in dem Rhein, alß weit der Ring dieſer Centh gehet, doch unſchädlich anderer Herren und Edelleuthe an ihren Gerichten, Zinßen und Gülten, Seine Fürſtl. Durchl. haben auch Gebott und Verbott, hoch und niederzuſetzen und zu entſetzen, nach ſeiner Fürſtl. Durchl. Willen und Wohlgefallen.

2) Item es haben auch die Bergſchöffen zurecht geweißet, wann der Höchſtgedachte Unſer gnädigſter Fürſt und Herr mit Kayſer oder Königen raiſen oder wieder die Unglaubigen mit Heerzügen oder ſonſten beladen würde, wer dann in der Centh begriffen wird, oder wohnhafft iſt, derſelbe ſoll Sr. Fürſtl. Durchl. Folge, Hülfe, und Steuer thun, nach

ſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn in Strafe verfallen ſeye, darauf haben dieſelbe geweiſt zu recht, wer ſolches thäte, denſelben hat Unſer Gnädigſter Fürſt und Herr zu ſtrafen nach Sr. Fürſtl. Durchl. Willen und Wohlgefallen.

11) Item iſt zu Urtheil an die Bergſchöffen geſtellet, ob ein **Gericht**, in der **Centh** gelegen, jemand in der Centh wohnhafftig zu **Bußen** weiſt um eine Sache, die **uf der Centh** und **an das Land-Gericht** gehört, wie hoch das **Gericht** Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn in Strafe verfallen ſeye? Darauf haben ſie zu recht geweiſt, welches Gericht in der Centh gelegen ſolches thut, hat unſer Gnädigſter **Fürſt** und Herr zu ſtrafen nach Sr. Fürſtl. Durchl. Wohlgefallen.

12) Item iſt an die Bergſchöffen zu Urtheil geſtellet, ob einem **in** der Centh **ſein Eheweib**, oder das ſeine ohne Wißen und Willen **hinweggeführt** würde, und ein Centhmann dem ſolches bewuſt, demſelben, oder das Weib und Guth **hauſete** und **herbergete** oder behalte, **wie** hoch derſelbe Unſerm Gnädigſten Fürſten und Herrn verfallen ſeye, **haben** ſie zu recht geweiſt, wer ſolches thäte, hat unſer Gnädigſter **Fürſt und** Herr zu ſtrafen nach Sr. Fürſtl. Durchl. Wohlgefallen.

13) Item es weiſen die Bergſchöffen zu recht, daß alle diejenige, **ſo** in der Centh ſeßhafftig oder wohnhafftig ſeyn, ſeye ein jeglich **Hausgeſäß** dem **Centhknecht** im Jahr einmahl ein **Brod** zu geben ſchuldig, nehmlich einer der zackert ein Brod das Vier Pfenning, und einer der **nicht** zackert, ein Brod das Vier Heller werth ſeye, ausgenommen **Edel Leuthe, Prieſter** und **Bergſchöffen.**

